dam alietatē cum ſumit maſculine
aliq̇s dicit quaſi alius q̇s Hoc aūt
totū ſignificat alietatē in ſuppoſito
nō in eſſentia.ꝛ ſic nō eſt vnū de trā
ſcendētibus.imo eſt ſignū ꝑticula/
re.ꝛ ab aliq̇bus vocat indiuiduum
vagū.qꝛ nullū determinatū ꝑticula
re deſignat.ſed ꝑticulare indetermi
natū. Sortes aūt ḋr indiuiduū ſig/
natū.ſed cū dico aliq̇d ſcatur quaſi
aliud q̇d. Aliud aūt neutri gn̄is im
portat alietateꝫ in ſuba. Et qꝛ ſuba
et eſſentia ipoꝛtat ꝑ hoc qḋ dico q̇d
Un̄ ꝛ eēntia rei q̇dditas vocat vt
infra patebit.iō aliqḋ ſubſtātiuū in
neutro gn̄e eſt vnū de trāſcendētib9
importās diuerſitatē neutralit. ꝛ ꝑ
ꝯn̄s alietatē in ſubſtātia Un̄ aliq̇d
vnuꝫ eſt de trāſcendentib9 reſpectu
illi9 reſpcū cuius ḋr aliud qḋ ḋr ali/
q̇d nō quocūqꝫ mō.ſed alietate ſub
ſtātiali ꝛ eēntiali. Et ita ptꝫ ꝙ ali/
q̇d dicit alietatē eēntialem. ꝛ ſumi
tur ſubſtātiue.ꝛ eſt tn̄ſcendēs. ſꝫ ali
q̇s ſumit in maſculino ꝛ nō eſt tran
ſcendēs. Ex q̊ vlterius ptꝫ ꝙ ꝯueni
enter p̄t dici in diuinis.pater eſt ali
q̇s.ꝛ filius eſt aliq̇s. ꝛ pater a filio
eſt alius q̇s.quia hic importat ſola
dr̄n̄tia ꝑſonalis.q̄uis aūt poſſet di
ci ꝙ pater eſt aliquid ꝛ filius eſt ali
q̇d:nō tn̄ poteſt dici ꝙ pater eſt ali/
q̇d a filio.id eſt aliud q̇d.ꝛ filius eſt
aliq̇d .i. aliud q̇d a patre. quia vna
eſt eſſentia vtriuſqꝫ ꝛ nō differūt eſ/
ſentialiter. Poteſt tamen dici ꝙ pa
ter ꝛ filius ſunt aliquid ꝛ aliud q̇d
a lapide.ꝛ ſic de aliȷs a quibus diffe
runt eſſentialiter.

¶ De q̄nto trāſcēdēte qđ eſt
veꝝ. Et primo ꝙ eſt q̄druplex
veritas q̄ aliqua dicunt̃ vera. ſ. veri/
tas q̄ deus ē. veritas reꝝ naturaliū.
veritas intellectus. veritas propo/
ſitionis. Capl'm. XXIIII.

Nunc dicendū eſt de quinto
trāſcendēte qđ eſt veꝝ. Et qꝛ
veꝝ a veritate đꝛ. ideo ꝓmo
de veritate q̄druplici videndum eſt
Unde ſciendū ꝙ eſt q̄druplex ve
ritas Una que đꝛ ꝓma veritas que
deus ē. Alia veritas creata q̄ eſt cu/
iuſlibet rei create entitas. Alia veri
tas intellectus Alia veritas orōis
que ſic patere pn̄t. Cū em̄ veꝝ ⁊ ens
ꝯuertant̃: verū nihil aliud addit ſu
pra ens niſi ordinē ad intellectū Ip
ſa ergo diuina entitas vt ꝯſiderat̃ ꝓut
hꝫ eſſe actu đꝛ ens. qꝛ ſumit̃ ab actu
eſſendi vt dictū eſt. Quia ṽo ip̄a di
uina entitas intelligit̃ ab intellectu
diuino (ip̄i aūt intellectui diuino di
uina entitas totalit̃ adequat̃. qꝛ om
ni modo q̊ eſt intelligibilis ē. ⁊ nul
lo mō aliter) ideo ip̄a diuina enti/
tas (vt ꝯparat̃ ad actū eſſendi q̊ eſt)
dicit̃ ens. vt compat̃ ad intellectuꝫ
eā adequate apprehēdentē in oībus
(qui eſt intellectus diuin9) dicit̃ ve
ra. Et qꝛ in diuinis ꝯcretū ⁊ abſtra
ctū nō differūt. iō ſicut eſt vera enti/
tas ita eſt veritas. Uñ ſicut deus ē
ſua entitas: ita ē ſua veritas ꝑ ade
quatōem ſue entitatis ad ſuū intel
lectū in affirmatōe vt ꝙ eſt trinus ⁊
vnus. ⁊ negatiōe vt ꝙ non eſt lapis
Idcirco ibi etiā verū eſt. ꝙ veritas
eſt adequatio rei ⁊ intellectus. hec
igit̃ veritas vocat̃ prima veritas ſi
cut ⁊ ꝓma entitas. Ideo xp̄s dixit
Iohis. xiiij. Ego ſum via veritas ⁊
vita. Res aūt q̄libet vt ꝯſideratur
hñs eſſe actu đꝛ ens. ⁊ qꝛ hꝫ ſuaꝫ en
titatē apprehēſibilē ab intellectu. ſi/
cut reſpectu eſſe đꝛ ens. ita ad intel/
lectū ꝯparata đꝛ vera. Res aūt p̄t
habere duplicē ordinē ad intellectū
ſcꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accn̄s Per ſe aūt hꝫ ordi
nē illa res ad intellectū illum a quo
ẜm eſſe ſuū depēdet. ⁊ a quo cogno
ſcibilis eſt. Et iſto mō depēdet do/
mus ab intellectu domificatoris. et
general'r om̄e artificiatū ab artifice
Alio mō habꝫ res ordinē ad intel/
lectū ꝑ accn̄s. qꝛ ſcꝫ nō dependet ab
eo ẜm ſuū eſſe. ſed ſolū quātū ad co
gnoſci. qꝛ accidit rei ꝙ cognoſcatur
et ſic lapis depēdet ab humano in/
tellectu. Iudicium aūt ſumit̃ de re
ẜm illud qđ ineſt ſibi ẜm ſe ⁊ nō ẜm
illud qđ ineſt ſibi ẜm accn̄s. Quia
ergo res nō đꝛ vera niſi ꝑ ordinē ad
intellectū vel practicū a q̊ dependet
quantū ad eſſe ⁊ cognoſci. vel ſpecu
latiuū a quo depēdet quantū ad co
gnoſci ſolū: ſeq̇tur ꝙ veritas q̄ eſt in
rebꝰ ſit magis veritas ẜm qđ depē/
det ab intellectu practico ⁊ ſpecula
tiuo q̄ȝ ẜm ꝙ depēdet ſolū ab intel/
lectu ſpeculatiuo Quia ṽo oēs res
naturales cōparant̃ ad intellectum
diuinū. ſicut res artificiales ꝯparā
tur ad intellectū humanū. ſequit̃ ꝙ
res naturales reſpiciūt intellectum
duplicē. ſcꝫ diuinū tanq̄ȝ illū a quo
hn̄t eſſe ⁊ cognoſci. ⁊ ſic res natura
les dicunt̃ vere ẜm qđ aſſequunt̃ for
mā ſiue ſil'itudinē que eſt in intelle
ctu diuino ẜm quam ꝓducunt̃. ⁊ ſic
đꝛ lapis verus q̊ aſſeq̇tur ꝓpriā lapi
dis naturā ẜm p̄conceptōem intelle
ctus diuini. Reſpiciūt etiā intelle/
ctū creatū ſpeculatiuū. ⁊ ſic ſcđario
dicunt̃ vere. qꝛ nate ſtꝫ facere veram
eſtimatōem de ſe ⁊ intellectū ſibi cō
formare ⁊ adequare ſicut ſtꝫ q̄ntuꝫ
ad affirmatiōem. vel ſicuti nō ſunt
quantū ad negatōem Et ſic auꝝ đꝛ
verū qđ eſt aptū facere rectā eſtima
tōem in intellectu q̄ntū ad realem ⁊

verã naturã auri quã habꝫ. Et ꝑ
oppoſitũ auricalcũ dꝛ aurũ falſum.
Res etiã artificiales dicunť vere ꝑ
ꝯparatōem ad intellectũ practicũ a
quo depēdent q̄ntũ ad eſſe inquan/
tũ aſſequunť eſſe ſm formã precōce
ptã in intellectu artificis. Res igiť
artificiales ꝯparanť ad intellectuꝫ
practicũ a q̊ depēdent ſicut res na/
turales ad intellectũ diuinũ a q̊ de
pendēt q̄ntũ ad ſuũ eſſe Cōparan
tur aũt ad intellectũ ſpeculatiuũ al
terius a q̊ nō dependēt niſi q̄ntũ ad
cognoſci. ſicut depēdent res natura
les a nr̄o intellectu ſpeculatiuo. Et
de tali rerũ veritate que eſt reꝝ enti
tas ad intellectũ ꝯparata: vel ſpecu
latiuũ vł practicũ: dicit Augꝰ. li. ſo
liloquioꝝ. ꝙ veꝝ eſt id qđ eſt. Et in
li. de vera religiōe. Veritas ē ſum/
ma ſilitudo ꝓncipij ſine vlla diſſimi
litudine. Et Auicē. dicit ꝙ veritas
vniuſcuiuſqꝫ rei eſt ꝓprietas ſui eſſe
qđ ſtabilitũ eſt ei. Veritas aũt ītel
lectus dꝛ ſm qđ ipſe intellectus ade
quať ipſi rei ꝑ apphenſionē ſuã ſm
ea q̄ apprehēdit de re ſibi in oibꝰ con
formi: vel affirmãdo ea q̄ rei ꝯueni
unt q̄ntũ ad intellectũ cōponentē et
affirmatiuũ. vel negãdo ea q̄ rei nō
cōueniũt quantũ ad intellectũ diui/
dentē ꝛ negatiuũ. Et qꝛ ꝯformitas
rei ad intellectũ: ꝛ intellectus ad rē
ꝑficitur in apprehēſione ītellectus.
idcirco rō veritatis ꝓmo cōſiſtit in
intellectu. ꝛ ſcđario ex hoc dꝛ res ve
ra. Et ex h̄ dicit ph̄s ſexto metaph̄.
ꝙ bonũ ꝛ malũ ſtꝫ in rebꝰ. veꝝ autē
et falſuꝫ ſtꝫ in intellectu. Et ſic defi
niť veritas ab Augꝰ. in li. đ vera re
ligiōe. Veritas eſt q̄ oſtendiť id qđ
eſt. Et Hylarius. Verũ eſt defini
natiuũ ꝛ manifeſtatiuũ eſſe Et Iſaac
in libro de definitōibus. veritas eſt
adequatio reꝝ ꝛ ītellectus. qꝛ rō ve
ritatis ꝑ ꝓus inueniť in intellectu.

Idcirco etiã ꝑ hoc incipit ꝓprie eſſe
in intellectu ꝑ qđ hꝫ aliq̄d ꝓpriũ in/
tellectus reſpectu rei apphēſe. Hoc
aũt eſt iudiciuꝫ de re apphenſa. hoc
aũt eſt ꝓprie intellectus ꝯponētis et
diuidētis. Et qꝛ veritas eſt in intel
lectu qñ de re affirmať ꝑ iudiciũ in
tellectus qđ eſt: vel negať qđ nō eſt
inde eſt ꝙ veritas ꝓprie eſt in intelle
ctu ꝯponēte ꝛ diuidēte in q̊ eſt ꝑfe/
cta adequatio rei ꝛ intellectꝰ Quia
vero in ꝓma opatione intellectꝰ eſt
aliqua ꝯformitas ꝛ adequatio licꝫ
impfecta. idcirco etꝫ in ꝓma opatōe
ītellectꝰ ſcđario dꝛ verũ ꝛ falſum. ꝛ
eadē rōne in ſenſu qñ res ſenſibilis
nata eſt adequari ſenſui ſm id qđ ē.
Ex quo etiã ꝑ ſilitudinē tractuꝫ eſt
nomē veri ad hoiem qui facit verã
eſtimatōem de ſe vel de alijs ꝑ ea q̄
dicit vel facit. vñ de tali ꝯſueuit di/
ci ꝙ verus ſit. ꝛ ꝑ oppoſitũ ꝙ ſit fal/
ſus. ꝛ hoc ꝑ quandã ſilitudinē. Vñ
et circa hoc ponit ph̄s quandã ꝟtu
tem. ij. Ethico. quã vocat veritateꝫ
Ex q̊ patꝫ ꝙ verũ ꝑ ꝓus dꝛ de ſcđa
opatōe intellectus. in q̄ eſt ꝯpoſitio
et diuiſio. ꝛ ibi ꝓprie ꝛ ꝓmario eſt ve
ritas ꝛ falſitas Scđo aũt tractũ eſt
rōe cuiuſdã ꝯformitatis ꝛ adequa/
tōis. q̄ aliqualis in alijs inueniť ad
ꝓmã opationē intellectus ꝛ ad opa
tōeꝫ ſenſitiuã: ꝛ vltra vſqꝫ ad hoieꝫ
et facta humana. ſm qđ eſt natũ fa/
cere verã eſtimatōem ꝑ ea q̄ dicunť
vel fiũt. Quia ꝟo voces ſtꝫ ſigna in
tellectionũ. idcirco veritas poniť in
orōne ſicut in ſigno. quia eſt ſignũ ꝛ
ſignificatiuũ veritatis que eſt in in
tellectu cauſata a re. de q̄ dicit ph̄s
in p̄dicamētis. ꝙ ab eo qđ res eſt vł
nō eſt dicitur oratio vera vel falſa.
ꝓmo perihermenias.

¶ Quõ ſe habent p̄dicte q̄t/
tuor veritates ad inuicem.

Capl'm. XXV.

Ex dictis patȝ ꝙ diuina veri
tas ab aliquo nō dependet:
ſed oīs alia ab ipa depēdet.
et ipa eſt mēſura oīs alterius veri/
tatis ⁊ a nullo menſurat̄. Ueritas
aūt rerū naturaliū depēdet ab ītel
lectu diuino ⁊ eſt menſurata ab eo.
qꝛ ſic oēs res naturales ſunt in ītel/
lectu diuino ⁊ oīa creata. ſicut ſunt
artificiata in mēte artificis. Veri/
tas aūt rerū naturaliū menſurat ve
ritatē intellectꝰ creati. Vñ res na/
turalis int̄ duos intellectus ꝯſtitu
ta eſt mēſurans ⁊ mēſurata. ſed ītel
lectus ſpeculatiuꝰ nō menſurat res
naturales. ſȝ pꝛacticus mēſurat ve/
ritatē reꝝ artificialiū Vñ veritas ī
tellectus ſpeculatiui eſt mēſurata a
veritate rei. Veritas aūt oꝛōis eſt
mēſurata a veritate rei ⁊ a veritate
intellectꝰ cuiꝰ eſt ſignū. ⁊ iō veritas
intellectus eſt menſurata a veritate
rei. ⁊ ꝑ ꝯñs dependet ab ea. ſed veri
tas oꝛōnis depēdet a veritate intel
lectus. ⁊ iō mēſurat̄ ab ea. Diuina
igit̄ veritas eſt mēſurans nō mēſu/
rata. Ueritas aūt rerū naturaliū ⁊
veritas intellectꝰ q̄libet diuerſimo
de eſt mēſurās ⁊ mēſurata. veritas
aūt propoſitōis eſt menſurata non
menſurans.

¶ Quō ſe habet veritas vel
verū tranſcendens ad quattu
oꝛ predicta Capl'm. XXVI.

Sicut aūt aīal abſtrahit̄ ab
homīe capꝛa leone ⁊ boue. ⁊
eſt q̇d cōmune ad ea. Ita eti
am veritas ⁊ verū qȯ eſt vnū de trā
ſcendētibꝫ eſt cōmune iſtis veritati
bus. ⁊ ipm verum tranſcendens eſt
cōmune ⁊ dicit̄ de omnibꝫ. Vñ de
us eſt ens verū. res quelibet eſt ens
verum. ⁊ intellectus eſt verus. ꝓpo
ſitio eſt vera: ſuis modis vnūquod
ꝙ eſt verum Ueritas aūt ſuꝑ quā/
libet rem verā nō addit niſi oꝛdinē
ad intellectū. ⁊ ideo etiam verū nō
addit ſupꝛa ens niſi ꝯfoꝛmitatē ad
intellectuȝ. Multa dicuntur talia
circa veritatem ⁊ verum que hic ex
plicanda non ſunt.

¶ De ſexto tranſcēdente qȯ
eſt bonū. et ꝑmo ꝙ eſt quadru
plex bonitas Cap. XXVII.

Nunc dicendum eſt de ſexto
tranſcendēte qȯ eſt bonum
Circa quod notandū eſt ꝙ
bonitas nihil addit ſupꝛa entitatē.
niſi ſolū oꝛdinem ad appetitū: ſicut
veritas oꝛdinē ad intellectū. Eſt au
tem quadruplex bonitas: cuius di/
ſtinctio ſic patȝ. Nam eſt quedā bo
nitas eſſentialis ⁊ ſubſtātialis. ⁊ ta
lem bonitatē habēt oīa entia in/
quantū habēt ſubſtantiā ⁊ naturaȝ
⁊ hec bonitas nihil aliud eſt ꝙ̄ ſub
ſtātialis entitas Alia aūt eſt boni/
tas accidentalis ⁊ ſuꝑaddita. Hec
aūt eſt triplex. qꝛ eſt quedā bonitas
accidētalis ⁊ ſuꝑaddita: que habet
bonitatē in eſſe nature. ſicut ambu/
latio ad eccleſiā ſine claudicatōe eſt
habēs bonitatē nature que ſuꝑad/
dit̄ ambulāti. Alia eſt bonitas mo
ralis que ſuꝑaddit̄ bonitati nature
vt ire ad eccleſiā ad audiendū miſ/
ſam habȝ pꝛeter bonitatem nature
qua gradit̄ nō claudicādo: bonitatē
moꝛis qua vadit ad audiendū miſ/
ſam. Si aūt iret claudicādo: actus
ambulatōis haberet maluȝ nature
Et ſi iret ad furandū haberet ma/
lum moꝛis: ⁊ eſſet ambulatio mala
malo moꝛis Eſt aūt tertia bonitas
accidētalis ſuꝑaddita oībus iſtis
que ē gratuita ⁊ meritoꝛia. vt ſi ali/
quis vadit recto greſſu ad eccleſiaȝ
vt audiat miſſaȝ in ſtatu charitatis
exiſtens: talis actus eſt bonus bo/

nitate nature. bonitate moꝛis. ⁊ gratuita. ⁊ meritoꝛia. Et iſte tres bonitates ſunt ſuꝑaddite bonitati eſſentiali ipſius ambulationis.

## ¶ Quō bonum trãſcendens ſe habet ad quodlibet ꝑticulare bonum. Cap. XXVIII.

SEcundo videndum eſt quō bonuꝫ trãſcendēs ſe habeat ad quodlibet ꝑticulare bonū. ⁊ bonitas trãſcendēs ad quãlibet ꝑticularē bonitatem. Ad quod dicendū ꝙ ſicut verū trãſcendēs abſtrahit a quolibꝫ ꝑticulari vero. ita et bonū trãſcendēs abſtrahit a q̃libet ꝑticulari bono. ⁊ ip̄m de quolibet bono dicit̄. Sicut autē veritas ſuꝑ rem naturalē nō addit niſi oꝛdinem ad intellectū. ita bonitas ſubſtantialis ſuꝑ rem q̄ eſt bona ſubſtãtialiter nō addit niſi oꝛdinē ad appetitū. Bonitas tñ accidētalis bñ addit aliq̄d ſupꝛa bonitatē ſubſtantialē: quia ꝑfectionem quandã. Et ita etiam bonū quod cū ente cõuertitur nō addit ſupꝛa ens niſi cõuenientiã ad appetitum.

## ¶ De noībus decem p̄dicamentoꝛum ⁊ eoꝛum que pertinent ad ip̄a. Cap. XXIX.

POſtq̄ dictuꝫ eſt de noībus ꝑme intentōis q̇bus expꝛimit̄ modus generalis conſeques oīe ens. quē modū exṗmunt oīa trãſcendētia Nunc dicēdum eſt de nominibꝰ p̄me intentōis quibus exṗmunt̄ ſpeciales modi eſſendi entium realiū. que nomina dicūtur de illis que conueniūt oīi enti creato Et vocãtur a logicis decem rerū genera ſiue decē pꝛedicamenta que ꝯtinēt ſic ſpeciales modos eēndi rerū ꝙ nullus modus eſſendi in re aliqua inuenit̄ qui nō contineat ab aliquo iſtoꝝ. Nec eſt alius q̇ iſtorū aliquē ꝯtineat niſi oībus iſtꝭ modis ꝯueniat vt dictū eſt de trãſcendētibꝰ. Circa iſta ſic ꝓcedendū eſt. q̇a p̄mo ponet̄ ſimul eoꝛū ſignificãtia. dꝛñtia. ⁊ ſufficiētia. Deīde ſcdō deſcendet̄ ad quedã noīa q̄ cõueniūt ꝓpe p̄dicamēto ſubē: ⁊ ſuo modo p̄dicamētis nouē accñtium. ⁊ ſic ſtꝭ oībus p̄dicamētis cõia. Tertio autem veniemus ad q̇dlibet in ſpēali vt de q̃libet aliq̄d declaret̄ quantū pñs tractatus req̇rit: de illis etiã q̄ cõtinent̄ ab eis ⁊ de q̇bus p̄dicãtur ip̄a Quarto dicetur de q̇buſdã que ꝯſequūtur p̄dicamēta vel oīa vel plura: que ab aliq̇bus poſtp̄dicamēta dicunt̄. Quantū aūt ad p̄mum primo ponet̄ ſufficientia. differētia ſignificantia extenſius. Secūdo cõcludetur ſub bꝛeuibus.

## ¶ Numerus ⁊ diſtinctio ac noticia pꝛedicamentoꝛum. Caplm̄. XXX.

QUantū ad pꝛimū ponenda eſt ſufficiētia. dꝛñtia: ⁊ ſignificãtia ſimul noīm decē p̄dicamentoꝝ q̄ ſunt. ſubſtãtia. q̄ntitas q̄litas. relatio. actio. paſſio. qñ. vbi. ſitus. habitus. Hoc aūt pōt ſic patere. Cū em̄ (vt dictuꝫ eſt) ens ſit illud ad qđ omnia alia reducūtur. ⁊ oīa alia addãt ſolū aliquē modū eſſendi Ens nō p̄t deſcēdere in hec decem p̄dicamēta ꝑ differētias foꝛmales. quia nec genus eſt. nec aliq̄d eſt quod ſit extra intellectū entis. ſꝫ deſcendit per diuerſos modos eēndi quos ip̄a nomina expꝛimunt ipſoꝛum decem generum. Subſtãtia autem nō addit ſuper ens aliquam naturam ſuperadditam enti. ſed ſolum aliquem ſpecialem modum eſſendi ſcilicet per ſe et in ſe ens. Accidens etiam eſt ens per aliud et in

alio ſcꝫ in ſubſtantia. ⁊ ſic ex oībus
noībus decē generū accipiuntur di
uerſi modi eēndi ⁊ exꝓmunꝣ. a qui/
bus mōis eſſendi ſm logicos ſumū
tur diuerſi modi ꝑdicādi. Omē er
go ens vel hꝫ moduꝫ eſſendi ꝑ ſe et
nō in alio. ⁊ hūc moduꝫ exꝓmit hoc
nomē ſuba: que eſt primū ⁊ ꝑfectiſſi
mū genus entiū. Vel hꝫ modū eēn
di in alio ſcꝫ in ſubſtātia. ⁊ ſic gene/
raliꝣ exꝓmit hoc nomen accn̄tis. qđ
nō facit ſpeciale ꝑdicamētū Sꝫ ſm
ꝙ modus eſſendi in alio inueniꝣ no
uem modis: ſic exꝓmitur nouē noī/
bus nouē genera ⁊ ꝑdicamēta acci
dentiū ſignificantibꝰ. que ſic diſtin/
guunꝣ. Accn̄s qđ habet eſſe in alio
ſcꝫ in ſubſtātia: hꝫ eſſe in ſubſtantia
ꝑ aliq̇d qđ eſt in ea. vel ꝑ aliq̇d aliđ
qđ eſt extra ſubſtantiā: ſed tn̄ eſt ap
plicabile ſubſtantie: vel ſuba eſt ap
plicabilis ei. Si ꝓmo mō hoc fiat.
ſcꝫ ꝙ accn̄s ſit in ſubſtantia ꝑ aliq̇d
qđ eſt in ea: hoc ꝑt eſſe dupl'r. Uno
mō ꝙ ſit ꝑ aliq̇d qđ ſit in ſuba abſo
lute Et hoc dupl'r. qꝛ vel ꝑ materiā
et talē modū eſſendi exꝓmit hoc no
mē quātitas: q̄ dicit moduꝫ eſſendi
accn̄tis in alio. ſ. in ſubſtātia per ali
q̇d qđ eſt in ea ex ꝑte materie. Vel
ꝑ formā. ⁊ hoc exꝓmit hoc nomē q̄/
litas. qualitas em̄ dicit modū eſſen
di accn̄tis in alio. ſ. in ſubſtātia ex ꝑ
te forme ſicut quātitas ex ꝑte mate
rie. Alio mō ꝑt eſſe accn̄s in ſubſtā
tia ꝑ aliq̇d qđ eſt in ea nō abſolute.
ſed in ꝯparatōe ad aliud ⁊ reſpecti/
ue. ⁊ talem modū eſſendi accn̄tis ex
ꝓmit hoc nomen relatio qđ ſignifi
cat ſil'itudinem. ſicut ſortes đꝛ ſil'is
ꝑ albedinē que eſt in eo nō abſolute
ſed in ꝯparatōe ad albedinē que eſt
in platone Vel etiā hic modus eēn
di exꝓmitur ꝑ has duas dictōes ad
aliq̇d. tamē noīe ad aliq̇d ꝑt ſigni/
ficari ipa relatio ⁊ ipa relatiua que
ad aliq̇d ſunt. De rebus aūt ꝓcatis
ꝑ hec quattuoꝛ noīa ꝑdicta: videli/
cet ſubam. quantitatē. qualitatē. re
latōem determinat Areſto. in libro
ꝑdicamentoꝝ. Sed q̇d ſignificēt ⁊
q̄ res ſint ꝓcate ꝑ ea: oſtēdit. v. meta
phice. Si aūt accn̄s ſit in ſuba ꝑ ali
q̇d qđ eſt extra ipam: cui eſt ſubiec/
tū applicabile vel ſuba. hoc ꝑt eē tri
pl'r. Primo qꝛ ſubſtātia vl' ſubiectū
accn̄tis ꝑt ꝯparari ad aliq̇d extra: ſi
cut habēs ad habitū. vt hō hꝫ veſti
tū. ⁊ ſic ſumiꝣ predicamentū habitꝰ
qꝛ talis modus eſſendi exꝓmiꝣ hoc
noīe habitus vel habere. Ex appli/
catiōe em̄ talis rei extrinſece cauſaꝣ
tale habere. Un̄ autoꝛ ſex ꝓncipio/
rū dicit. ꝙ habitus eſt corꝑis ⁊ coꝝ
q̄ circa corpus ſtꝫ adiacētia. Scđo
modo ꝑt ꝯparari ſubiectū ad aliq̇d
extra in ꝯparatiōe agētis ad patiēs
vl' patiētis ad agēs. Si ꝯpareꝣ ſub
iectū ad aliq̇d extra qđ eſt aptū na/
tum agere in ipm. ſic talis modus
eſſendi exꝓmiꝣ hoc noīe paſſio. vn̄
in ſex ꝓncipijs đꝛ ꝙ paſſio eſt effectꝰ
illatioq; actōis. Si aūt ꝯpareꝣ ſub
iectū ad aliq̇d extra q̊d eſt aptū na/
tū pati ab eo. ſic đꝛ actio ineſſe ſubie
cto. Et talis modus eēndi accn̄tis
exꝓmiꝣ hoc noīe actio Un̄ in predi
cto libro đꝛ. ꝙ actio eſt ſm quā in id
qđ ſubijciꝣ agere dicimur. Licꝫ aūt
actio ⁊ paſſio ſint vnus motus: faci
unt tn̄ duo ꝑdicamēta. qꝛ motus ꝓ
ut eſt ab hoc ſcꝫ ab agēte ē actio: ꝓ
ut eſt in hoc ſcꝫ in patiēte ſic eſt paſ
ſio. Tertio ꝑt cōparari ſubiectum
ad aliq̇d extra. ſicut menſuratuꝫ ad
menſurā. ⁊ hoc dupl'r. qꝛ duplex eſt
mēſura extrinſeca. Una fluēs vt tē
pus. ſi ergo accn̄s ſit in ſubiecto peꝛ
applicatōem eius ad tēpus. ſic talis
modus eſſendi exꝓmiꝣ hoc noīe qn̄
quod eſt alteꝝ ꝑdicamentū. Qn̄ ei
nihil aliud eſt q̄ȝ eſſe in tꝑe vel eē tē

poꝛale qđ eſt in re tꝑali ꝑ applicatio/
nẽ eius ad tp̃s. Vñ dicit auctoꝛ ſex
p̃ncipioꝝ. ꝙ q̃n eſt illud qđ ex adia
cẽtia tp̃is relinq̇tur in re tꝑali Alia
eſt mẽſura rei extrinſeca manens.ſ.
locus. Si ergo accñs ſit in ſubſtan
tia ꝑ applicatõem eius ad locũ. hoc
ẽ dupl'r. Uno mõ abſolute. ⁊ ſic ta
lis modus eẽndi accñtis exp̃mitur
hoc noĩe vbi. vñ autoꝛ ſex p̃ncipioꝝ
dicit ꝙ vbi eſt circũſcriptio coꝛpis
a loci circũſcriptiõe procedẽs. Vel
hoc erit in relatõe ad ꝑtes locati. et
ſic talis modus eſſendi accñtis ex/
p̃mitur hoc noĩe poſitio. Vñ poſi/
tio eſt q̇dam ſitus ⁊ quedaꝫ oꝛdina
tio partiũ totius locati in loco. De
iſtis autẽ ſex vltimis noĩbus ⁊ reb᷑
ſignificatis ꝑ ip̃a determinaꝛ in li/
bꝛo ſex p̃ncipioꝝ qui eſt ſupplemen/
tum libꝛi predicamentoꝛum.

## ¶ Differẽtia inter ſex trãſcendẽtia ⁊ decẽ p̃dicamẽta ⁊ bimẽbꝛis reductio eoꝝ Ca. XXXI

Ex iſtis p̃t bꝛeuiter recolligi
dr̃ñtia hoꝝ decem noĩm ad
ſex p̃ma que trãſcẽdentia di
cunꝛ. qꝛ ſex p̃ma exp̃mũt modũ eẽn
di qui ſeq̇tur general'r oẽ ens. Iſta
aũt decem expꝛimũt modũ eſſendi
ſpecialiũ entium. Pꝛima dicunꝛ ſex
trãſcendẽtia. hec dicunꝛ decẽ rerum
p̃ncipia ſiue decẽ rerũ genera: quoꝝ
bꝛeuis eſt differẽtia Quia noĩe ſub
ſtãtie exp̃miꝛ ens cuiꝰ modus eſſen
di eſt eſſe ꝑ ſe ⁊ nõ in alio. Nomine
accñtis exp̃mitur ens cuiꝰ modus
eſſendi eſt eſſe in alio. ſed dr̃ñter in
diuerſis. Quia quãtitas ſignificat
ens cuiꝰ modus eẽndi eſt eſſe ĩ alio
rõne materie que ẽ in eo. Qualitas
eſt ens cuius modus eſſendi eſt eſſe
in alio eodẽ modo ſed rõne foꝛme.
Relatio vel ad aliq̇d dicit ens cu/
ius modus eſſendi eſt eſſe in alio ex
aliquo in eo exiſtente in reſpectu ad
alteꝝ. Habitus eſt ens cuiꝰ modus
eſſendi eſt eſſe in alio ex aliquo ex/
tra ip̃m qđ cõparatur ad ip̃m ſubie
ctũ ſuum: ſicut habitum ad habẽs.
Actio dicit ens cuius modus eſſen
di eſt eſſe in alio ꝓpter aliud qđ ꝯpa
ratur ad ip̃m. vt agens ad patiens.
Paſſio aũt diciꝛ ens cuius modus
eſſendi eſt eſſe in alio ꝓpter aliud qđ
eſt extra illud qđ cõparaꝛ ad illud
ſicut patiens ad agens. Qñ vero di
cit ens cuiꝰ modus eſſendi eſt eẽ in
alio ꝓpter aliđ qđ eſt extra illud qđ
ꝯparaꝛ ad ip̃m. ſicut mẽſura extrin
ſeca fluens: quã nos vocamus tp̃s.
Ubi dicit ens cuius modꝰ eſſendi
eſt eſſe in alio ꝓpter aliq̇d qđ eſt ex/
tra ip̃m qđ applicaꝛ illi ſicut mẽſu/
ra extrĩſeca manẽs abſolute: quam
nos vocamus locũ. Poſitio aũt di
cit ens cuiꝰ modus eſſendi eſt eẽ in
alio ꝓpter aliquid extrinſecũ ſibi qđ
applicaꝛ illi ſicut mẽſura extrinſeca
manẽs nõ abſolute: quã nos voca/
mus locũ nõ abſolute ſed in reſpcũ
ad ꝑtes locati. ⁊ ꝑ oꝛdinẽ partiũ lo/
cati. qꝛ poſitio non addit ſupꝛa vbi
niſi oꝛdinẽ partiũ locati ad locum.
Hec aũt poſitio aliquãdo vocatur
alio noĩe ſcꝫ ſitus. Patet ergo decẽ
noĩm p̃dicamẽtoꝝ ſignificãtia. dif/
ferẽtia. ⁊ ſufficiẽtia. Et ſic habemꝰ
ſcđm qđ fuerat declarandum.

## ¶ De ſignificatõe ⁊ differentia iſtoꝝ nominum quattuoꝛ. ſubſtantia. natura. eſſentia. quidditas. Caplm. XXXII.

Nunc dicendũ eſt de nomi/
nibus p̃me impoſitõis ⁊ in/
tentiõis: que ſm̃ ꝓpꝛiam ſig/
nificatõem ⁊ acceptõem p̃mariã di
cunꝛ ⁊ inueniunꝛ in genere ſubſtan
tie. ſed ex ꝯſequẽti ⁊ ex quadã ſil'itu
dine iueniunꝛ in alijs oĩbus generi

bus accñtium Et ſunt q̃ttuoꝛ.ſ.ſub
ſtãtia.natura.eẽntia.⁊ q̇dditas Si
cut em̃ aĩal ẽ de ſuba:de natura: de
eſſentia ⁊ de q̇dditate hominis.ita
coloꝛ eſt de ſubſtãtia. de natura. de
eſſentia:⁊ de q̇dditate albedinis. ⁊
ita inueniũſ ĩ alijs p̄dicamẽtis dici
ſicut in p̄dicamẽto q̃litatis. Dicen/
dũ eſt ergo de q̃libet in ſpẽali ṗmo.
et ſcđo poneſ dr̃ña inter ip̃a. Dõm
eſt aũt ṗmo de iſtis : qꝛ ſunt magis
cõia.⁊ magis cõia p̄cedũt in cogni/
tõe:vt dꝛ ṗmo phyſicoꝛum

¶ Quot modis diciſ hoc nomẽ
ſubſtantia. Capl'm. XXXIII

Subſtãtia aũt dꝛ dupliciter
Uno mõ dꝛ ſuba illud qđ ſi
gnificaſ ꝑ definitõem ſꝫm ꝙ
dicimus ꝙ definitio ſcat ſubam rei
quã quidẽ greci vſyã dicũt:quã nos
eſſentiã dicim⁹.Et ſic cũ in generi/
bus accñtium res definiaſ vt in gñe
ſube.tñ ip̃a accñtia nõ ita ꝓꝑrie defi
niunſ.qꝛ illa definiunſ ꝑ additamẽ
ta Jtẽ etiã cũ ſint eq̃liter nõ tãte rea
litatis ⁊ nobilitatꝭ ſicut ea q̄ ſunt in
gñe ſube: oꝫ ponere ꝙ nomẽ ſube cõ
ueniat ⁊ illis de gñe ſube:⁊ illis de
gñe accñtium. tñ iſto mõ accipiẽdo
ſubam inueniſ ꝙ ſuba q̃dam nobili
oꝛi mõ dꝛ de eis q̄ definiunſ in gñe
ſube: ⁊ inueniſ etiã ſuo mõ dici de
his q̄ definiunſ in gñe accñtiuꝫ.Et
hic ⁊ ibi ſcat illud qđ ꝑ definitõem
importaſ.Alio⁰ accipiſ ſuba ꝓ ſub
ſiſtẽtia vel ꝓ ſuppoſito ſubſiſtẽtie in
gñe ſube.et hec vocaſ ṗma ſuba in
li⁰ p̄dicamẽtoꝝ.vt ſoꝛtes ẽ h lapis.
Et hec duplex acceptio ſube poniſ
q̇nto metaph.ca⁰ de ſubſtãtia.Ter
tiũ modũ acceptõis ſube ponit phs
in li.p̄dicamẽtoꝝ ꝓ illis q̄ ſubſiſtũt
in ṗmis ſubſtãtijs ⁊ de ṗmis ſubſtã
tijs dicũtur.vt hõ ⁊ aĩal. Et qꝛ ſup
poſitũ in genere ſubſtãtie materia/
le componiſ ex materia ⁊ foꝛma.iđ
etiã materiã ſubſtãtiam dicimus ⁊
foꝛmã ſimiliter. Sed q̇a materia ⁊
foꝛma cũ ſint ꝑtes nõ ſunt in genere
ꝓꝑe:ſed ꝑ reductiõem.ideo etiam
nec eſt vſquã ꝓꝑria hec p̄dicatio.ma
teria vel foꝛma eſt ſubſtãtia. ſꝫ hec.
materia ⁊ foꝛma ſunt de ſubſtantia
ꝯpoſiti rei. Et hec etiã ſubſtãtie ac
ceptio poniſ q̇nto metaph. Et iſto
duplici mõ dꝛ ſubſtãtia de his que
ꝑtinent ad genus ſubſtantie p̄ciſe ⁊
nõ de aliquo genere accñtium. Pri
mo ãt modo ſubſtãtia dicta eſt cõ/
munis ſubſtãtie ⁊ accidẽti. De ſub
ſtãtia aũt plus infra dicetur.

¶ Quot modis dꝛ hoc nomẽ
natura Cap̃. XXXIIII.

Nomen aũt nature ſꝫm phm
q̇nto metaph.ṗmo impoſi/
tũ eſt ad ſignificandũ gene/
ratiõem viuentiũ que dꝛ natiuitas.
Et quia hmõi generatio eſt a ṗnci/
pio itrinſeco extẽſum eſt hoc nomẽ
ad ſignificandũ principiũ intrinſe/
cũ cuiuſcũq; motus. Et ſic definiſ
ſcđo phyſicoꝝ. Natura eſt ṗncipiũ
motus et q̇etis eius in q̊ ⁊c̃. Et q̇a
hmõi principiũ eſt foꝛmale vel ma/
teriale. ideo cõiter tam materia q̃
foꝛma diciſ natura.et quocũq; iſto
rũ modoꝝ accipiaſ ſoluꝫ ꝯuenit ꝓ
pꝛie his que ſunt in genere ſubſtãtie
Et quia ꝑ foꝛmã compleſ eſſe vni/
uſcuiuſq; rei:ꝯuenienſ vniuſcuiuſq;
rei eſſentia quã ſignificat definitio
vocaſ natura. Et ſic Boetius in li
bꝛo de duabꝫ naturis definit natu/
ram dicẽs. Natura eſt vnũquodq;
infoꝛmans ſpecifica differentia. Et
quia genus ſpecies ⁊ differẽtia ⁊ de
finitio danſ de his que ſunt in gene
re ſubſtãtie ⁊ in generibꝫ accñtium
ideo hoc modo natura diciſ de ſub
ſtãtia ⁊ de accidente

¶ Quot modis dꝛ hoc nomẽ

eēntia. et q̇d ſignificat ⁊ quomodo ꝯparat̃ ad alia Cap̄. XXXV.

Nomen aūt eēntie importat aliq̇d in ordine ad eſſe. et iō q̄ eēntia eſt illud in qua ⁊ ꝑ quā ens h̃z eſſe: ideo ſubſtātia a natura rei ꝑ quā res habet eſſe ð̄r eēntia Et q̄ tam ſubſtātia q̄ȝ accidens h̃z eſſe. licȝ ſubſtātia nobilius habeat eſſe accn̄te. iō eſſentia etiaȝ ð̄r de ſuba ꝑ ṗus. ⁊ de accn̄te posterius.

## ¶ Quot modis dicit̃. ⁊ quid ſignificat hoc nomen quidditas. Caplm̄. XXXVI

Nomē vero q̇dditatis ſumitur ab eſſentia. Quia cm̄ illud ꝑ qȯ conſtituit̃ res in ꝓprio gn̄e vel ſpē eſt hoc qȯ ſignificatur ꝑ dn̄tias indicantes q̇d eſt res. inde eſt q̄ nomē eſſentie a pħis mutatū eſt in nomē q̇dditatis Et inde eſt etiā q̄ pħs definitōem ⁊ eſſentiā rei ſepe nominat qȯ q̇d erat eſſe rei vt pȝ li. vij. metapħ. Et eſt etiā alia cauſa. q̄ ad queſtionē factā ꝑ q̇d eſt res: ꝯuenienter rn̄detur de eſſentia. vt quid eſt homo. rn̄detur aīal rōnale Sic aūt accipiēdo quidditatē ptȝ q̄ cōuenit ſubſtātie ⁊ accidētibꝫ eo mō quo dictū eſt de eſſentia

## ¶ Quō ſunt idē realiter ⁊ differūt rōne ſuba. natura. eēntia quidditas. Cap̄. XXXVII.

Patet ſcd̄o ex iſtis quō ſe habent ad inuicē hec quattuor noīa ſubſtātia. natura. eſſentia. quidditas Et q̄ inquantū ſunt cōia ſubſtātie ⁊ accidēti: cōueniunt in vno. ſcȝ q̄ hec quattuor noīa ſignificāt vnū realiter. ſcȝ illud qȯ per definitōem importat̃. Differūt aūt quia alia ⁊ alia rōne hoc ſignificāt. quia ſubſtātia hoc ſignificat inquātum ex hoc tota natura rei integrat̃ et ꝑ oppoſitū quicq̇d eſt extra naturam rei accidēs ð̄r. Natura autem idē ſignificat in cōparatōe rei ad intellectū. quia natura rei nō eſt intelligibilis niſi ꝑ definitōeȝ. ⁊ ideo dicit̃ natura inquantū capi pōt ab intellectu. Eſſentia aūt hoc idem ſignificat ꝑ compatione ad eſſe. Quidditas vero inquantū ꝑ definitiōem ſignificat̃ vel indicat̃. vel inquantū ad queſtionē factā per q̇d: cōuenienter reſpōdet̃ ꝑ ipam definitōem. inquantū aūt iſta diuiſim accipiūtur in ſubſtātia ⁊ accidēte aliter ⁊ aliter ſumunt̃. vt in ſequētibꝫ patefiet

## ¶ De noībus ꝑtinentibꝫ ad genus ſubſtātie. ⁊ q̄ ſubſtātia dicit̃ de materia. forma. ⁊ toto cōpoſito. Cap̄. XXXVIII.

Nunc tertio reſtat dicēdum de ſingulis ꝑdicamētis ⁊ ṗmo de ſubſtantia. Circa quā ṗmo dicendū eſt de noībus que cōueniunt rebꝫ de gn̄e ſube ſolū. vel ſi ꝯueniūt gn̄i ſube et accn̄tium dicendū eſt de eis q̄ntū ad illud qȯ hn̄t ꝓpriū in ſuba. Et circa hec ṗmo dicē dū eſt de hoc noīe ſuba. q̇tiens ⁊ de q̇bus ð̄r. Scd̄o de alijs noībus ꝑtinētibꝫ ad ea q̄ ſunt in gn̄e ſube Quātū aūt ad ṗmū ṗmo dd̄m eſt ð hoc nomīe ſuba. Scd̄o de alijs noībus vna cū ſuba q̄ aliquo mō ſtȝ idē realiter cū ſuba. licet differāt rōne. que ſpecialē habēt difficultatē. vt patebit. Sciendū eſt aūt ſm̄ Boetiū ſuꝑ ꝑdicamēta. ſuba ð̄r tripliciter. ſcȝ De materia: vt corpus humanū eſt ſubſtātia De forma: vt anima rōnalis eſt ſuba. De cōpoſito. vt hō eſt ſuba. Hic aūt accipio cōpoſituȝ: nō ſolū pro compoſito ſubſiſtente vbi eſt compoſitio materie ⁊ forme. ſed pro compoſito ſubſiſtēte qȯ nō eſt cōpoſitum ex materia ⁊ forma. ſed eſt eſſe ⁊ eſſentia: vel actu ⁊ potētia:

vel qḋ eſt ⁊ q̄ eſt q̄lis ↄpoſitio eſt in
angelis q̇ ſunt in gn̄e ſub̄e. Quia ve
ro materia. forma. ⁊ ↄpoſitū multi
plicit̾ dicunt̾ ad ꝓpoſitū eſt q̄dlibet
diſtinguendū. Et p̄mo de materia
ſecūdo de forma. tertio de ↄpoſito.

## ¶ Quot modis d̾r materia. Capl̾m. XXXIX.

Quantū ad p̄mū ſciendū eſt
ꝙ materia eſt triplex. Eſt eī
materia in q̄. ⁊ ex qua. ⁊ cir/
ca quā. Materia aūt ex qua d̾r illa
que eſt p̄mū p̄ncipiū ītrinſecū ⁊ eēn
tiale rei ex qua res ↄponit̾. ⁊ ſic de/
finit̾ materia p̄mo phyſicoꝝ. Ma/
teria eſt ex qua fit aliq̇d cū inſit. ⁊ h̊
mō elemēta ſt̾ materia oīm mixto
rū. ⁊ materia p̄ma eſt materia oīm
elementoꝝ. Materia aūt p̄ma dici
tur materia ↄſiderata abſq; quacū
q; forma ſubſtātiali. Hec aūt mate
ria ex qua ē duplex. Quia eſt quedā
materia rerū naturaliū ex q̄ ſunt et
ↄſiſtunt res naturales. vt elementa
ſt̾ materia oīm mixtoꝝ. ⁊ hec ma/
teria vt ē materia cōpoſiti nō eſt ali
qḋ totū. ſed eſt p̱s. ⁊ q̄uis dicat̾ ſub
ſtātia: nō tn̄ eſt ſub̄a ꝓprie ⁊ in gene/
re ſub̄e directe. ſed eſt p̱s ſub̄e ꝑprie
loq̄ndo: ⁊ in gn̄e ſub̄e eſt p̱ reductio
nē. Alia eſt materia rerū artificiali
um: vt ferꝝ eſt materia cultelli ex q̄
fit. ⁊ lapides et ligna ſt̾ materia ex
qua fit domus. ⁊ talis materia reꝝ
artificialiū eſt q̊ddā totū in ſe. licet
ſit p̱s reſpectu toti⁹ artificiati. ⁊ iō
talis materia eſt ſub̄a directe ⁊ p̱ ſe
in gn̄e ſub̄e. Alia etiā eſt materia ī
qua ⁊ nō ex qua. Quia eī̄ ꝓprietas
materie eſt eſſe potentiā receptiuaꝫ
forme. idcirco oē illud qḋ eſt ſuſcep
tiuū vel receptiuū forme cuiuſcūq;
tā ſub̄alis q̄ acc̄ntalis quantūcūq;
nō ſit materia ex qua aliud ↄponat̾
ip̄a forma vocat̾ ⁊ d̾r materia Et h̊
mō oīs forma tā ſub̄alis q̄ acc̄nta/
lis nō hꝫ materiā ex qua fit. q̄ꝛ nulla
forma eſt ↄpoſita ex materia ⁊ for/
ma: cū ſit ſimplex. vt pꝫ in li. ſex p̄n/
cipioꝝ. ſed in q̄ fit: ſicut aīa hꝫ mate
riā in q̄ eſt ſicut eſt corp⁹. ⁊ albedo
et q̄ntitas totū ↄpoſitū. ⁊ ſic nō ſo/
lū ſubſtātia d̾r eē materia reſpectu
acc̄ntiū. imo vnū acc̄ns reſpectu al/
terius. vt q̄ntitas reſpectu q̄litatis
Utrꝝ aūt talis materia ſit ſub̄a de/
terminan[illegible] eſt ſm̄ rōem ſuſceptiui
q̄ꝛ ſi ſuſceptiuū ſit materia reſpectu
forme ſubſtantialis erit ſub̄a ſicut
p̱s. Si ſit ↄpoſitū reſpectu acc̄ntis
erit ſub̄a ſimpl̾r. Si ſit forma ſub/
ſtātialis reſpectu ſuarū ꝓprietatum
erit ſub̄a ſicut p̱s. Si autē ſit acc̄ns
reſpectu acc̄ntis nō erit ſub̄a. ſed di
cet̾ materia in q̄ vl̾ ſubiectū. Hec ē
ergo materie dr̄ña ſic accepte. ⁊ pri
mo q̄ꝛ oīs materia q̄ eſt ex q̄ eſt ⁊ in
qua. ſ. q̄ꝛ ea eſt forma ⁊ nō ecōuerſo.
q̄ꝛ p̄t eē materia in qua q̄ nō erit ma
teria ex qua. vt ptꝫ ex p̄dictis. Alia
aūt d̾r materia q̄ eſt circa quā. ⁊ eſt
prop̄e materia q̄ eſt obiectū potētie
et obiectū vel ſubiectū ſcie. ſicut ver
bi gr̄a coloꝛ eſt obiectū viſus. ⁊ di/
cit̾ materia vel obiectū viſus. q̇a in
euꝫ fert̾ ⁊ terminat̾ viſus vel viſio.
Nō aūt eſt materia ex qua. q̄ꝛ ex co/
loribꝰ nec viſus nec viſio cōponitur
Nec materia in q̄. q̄ꝛ viſio nō ē ſub/
iectiue in colore viſo. licet ē in vidē/
te colorē. ſed d̾r ꝑprie materia circa
quā. q̄ꝛ circa eaꝫ hꝫ negociari viſiua
potētia ſicut circa ꝓpriū obiectū ad
qḋ terminat̾ viſio. Dicit̾ aūt mate
ria q̄ꝛ hꝫ ꝓprietatē materie q̄ eſt ſuſci
pere vel pati. videri eī̄ paſſiue ↄue
nit colori ſm̄ modū ſignificādi ſaltē
Eodē āt mō eſt de ſubiecto ſcie qḋ
etiā obiectū vocat̾. q̄ꝛ obiectū eſt il
lud qḋ p̄mo obijcit̾ ↄſpectui poten
tie vl̾ ſcie Et ē obiectū vel ſubiectū
alicui⁹ ſcie circa qḋ ſcia negociat̾. ⁊

de quo fiūt demonſtratōes in ſcia. vt corpus mobile vl' ens mobile in ſcia naturali dr obiectū: ſubiectum vel materia ſcie naturalis. Nō materia ex qua fit. qr cū ſit forma ſimplex nō habz materiā partē ſui. Nec materia in qua. qr naturalis ſcia nō eſt in corpe mobili ſicut in ſubiecto imo in intellectu. ſed eſt materia circa quā ipa ſcia negociat̄ ꝛ inq̄rit cōcluſiōes ꝛ demōſtrat. Et ita pt dici materia circa quā ꝛ obiectū cuiuſlibet potētie ꝛ ſubiectū cuiuſlibet ſcientie. Si aūt quereret̄ an talis materia ſit ſubſtātia: rñdendū ē iuxta conditōem obiecti vel ſubiecti. qr ſi obiectū potētie vel ſubiectū ſcie ſit accñs. ſicut q̄ntitas eſt obiectum viſus: ꝛ ſubiectū in metaphiſica non erit ſubſtātia ſed accñs. Si aūt obiectū potētie vel ſubiectū ſcie ptineant ad ſubſtantiā: erit ſuba. ſicut pꝫ de corpe mobili qḋ pōt eſſe ꝛ obiectū potentie viſiue ꝛ ſubiectū naturalis phie. Quia ꝓo materia hꝫ rōnē ſubiecti: quot mōis dr materia tot modis dicit̄ ſubiectū. ſic tamen ꝙ reſpectu forme: verūetiam reſpectu potētie nō ſic proprie dicit̄ ſubiectum ſicut obiectum

## ¶ Quot modis dicit̄ forma. Capl'm. XL.

Quantuꝫ ad ſcōm de forma Sciendū ꝙ forme nomē dr multipl'r. ſic ꝙ multis mōis dr quib9 nō eſt ſuba ſed accñs. et de hoc patebit īfra qñ aget̄ de quarta ſpē qualitatis. ſed forma q̄ dr ſubalis ipa eſt ps ꝯpoſiti: vt aīa rōnalis Et talis eſt ſuba in gñe ſube. ſicut ps p reductiōem. Et hec forma ē in gradu quadruplici. qr quedā forme ſubales ſunt q̄ ſolū dant eſſe. vt forma oim inaiatorum: vt forma lapidis ꝛ hmōi. Quedā ſunt q̄ dant eſſe et viuere. vt forme vegetabiliū ſicut plantaꝝ. Quedā ſunt q̄ dant eſſe: viuere ꝛ ſentire: vt forme aīaliuꝫ. ꝛ dicunt̄ aīe ſenſitiue. Quedā aūt que dant eſſe. viuere. ſentire. ꝛ intelligere: vt aīe hoīm que rōnales dicunt̄ et quāto dant eſſe nobilius tāto ſtꝫ nobiliores. ꝓpter qḋ aīa rōnalis inter oēs obtinet ſummū gradū. Sic igit̄ habemus de ſuba materia. ꝛ d ſuba forma: que ſtꝫ due ptes et duo extrema reſpectu ſubſtātie cōpoſite quotiēs ꝛ de q̄bus dicunt̄

## ¶ Cōpoſitū diuidit̄ in ſubſtantiā prīmā ꝛ ſcdam. ꝛ q̄d eſt pma ꝛ quid ſcda Cap. XLI.

Quantū aūt ad tertiū de ſubſtātia q̄ eſt cōpoſitū Sciendū ꝙ ſubſtātia q̄ eſt ꝯpoſitū dr de omi eo qḋ eſt directe in genere ſube. Et iō dicit Boetius ſup p̄dicamēta: quia de tali ſuba agit ibi phs. qr relictis extremis de medio egit auctor. Nō aūt intelligo ꝙ ſubſtātia (q̄ eſt genus) req̄rat ꝯpoſitionē forme ꝛ materie. ſed ſufficit ꝙ ſit ibi ꝯpoſitio alicuius p moduꝫ forme. ꝛ alicui9 p modū materie Hec aūt ꝯpoſitio eſt p actū ꝛ potentiam eſſe ꝛ eſſentiā Que qr hꝫ omē ſuppoſitū creatū ſubſiſtēs: ideo eſt in gñe ſubſtātie. Sed qr deus omī mō caret ꝯpoſitiōe. ideo nullius gñis nec ſpēi nec alterius limitib9 ꝯtinetur. Hec aūt ſubſtātia q̄ eſt cōpoſitū dr dupl'r. vt ptꝫ in li. p̄dicamētoꝝ. Eſt em̄ quedā que dr pma. ꝛ alia ſecūda Prima ſuba dr quecūqꝫ vel q̄dcūqꝫ et q̄dlibꝫ indiuiduū ſubſiſtēs in genere ſube. vt petrus. andreas. ꝛ ſic de alijs. Scda ſuba dr ſpēs ſpecialiſſima ꝛ oīa ſupiora gñā que de indiuiduis p̄dicant̄. vt hō. corp9. ſubſtātia aīal. Quāuis aūt ſit ꝓpria acceptio pme ſube vt cōtra ſcdaꝫ diui

dicitur iſta q̄ dicta eſt. tñ vt generalit᷑
vtimur noīe ſubſtātie prime: multi
pliciter accipit᷑ ſm Albertū ſup pre
dicamēta. Dicit᷑ em̄ ſubſtātia p̄ma
illa ſubſtātia añ quā nihil eſt: q̄ non
eſt in aliq̄ nec eſt ab aliq̄. ſed eſt om
nib9 alijs reb9 cauſa eſſendi. ⁊ ſic ſo/
lus deus dr̄ ſubſtantia p̄ma. Scd̄o
dr̄ ſubſtātia p̄ma illud p̄mū p̄dica
bile ad qd̄ reducunt᷑ om̄ia q̄ ſunt in
coordinatōe p̄dicamēti ſubſtātie tā
q̄ȝ ad primū p̄dicabile illius gn̄is.
et ſic ſuba que eſt genus generaliſſi/
mū dicit᷑ ſuba prima. ⁊ iſto mō pri/
mitatꝭ ordo attendit᷑ vt ſit ordinis
inchoatio ab vniuerſalioꝛib9 ⁊ com
munioꝛib9. ⁊ ſit deſcenſus ad p̄ticu
laria ſubſiſtētia q̄ iſto ordine dicen
tur vltime ſubſtātie Om̄ia aūt pre
dicabilia a p̄ticularibus vſq̄ȝ ad ge
nus generaliſſimū dicent᷑ ſube me/
die ſm ordinē iſtū. Tertio mō dicit᷑
ſubſtantia p̄ma illud qd̄ p̄mo ſubſi
ſtit accn̄tibus: ⁊ qd̄ eſt cauſa oībus
alijs ſubſiſtēdi ⁊ ſubſtādi. ⁊ tali ſub
ſtātia p̄ma dicunt᷑ particularia ſub
ſiſtētia generis ſube. vt ſortes petr9
⁊c̄. Et iſto ordine eſt p̄ceſſus ab in/
fimo vſq̄ȝ ad ſupremū gen9 genera/
liſſimū aſcēdendo. Et q̄ȝuis iſto or
dine p̄ticulare pōt dici p̄ma ſuba. ⁊
genus generaliſſimū vltima. ⁊ p̄di/
cabilia media. ſpecies ⁊ genera ſub
alterna poſſent dici medie ſubſtātie
tñ om̄es iſto ordine vocant᷑ ſecūde
ſubſtātie. ⁊ ſolū p̄ticulare dicit᷑ ſub
ſtātia p̄ma. Subſtātia ergo prima
p̄mo modo dicta: nec eſt genus: ne/
q̄ȝ ſpēs: neq̄ȝ p̄ticulare p̄dicamenti
ſubſtātie. neq̄ȝ alicuius alterius. q2
nullius gn̄is limitib9 ↄcludit᷑. ſȝ eſt
extra om̄e genus. ⁊ eſt deus q̇ eſt in
finitus ⁊ immēſus. Subſtātia aūt
p̄ma ſcd̄o mō dicta eſt gen9 genera
liſſimū predicamēti ſubſtātie diui/
ſibile in diuerſas ſpēs p̄ dr̄ias oppo

ſitas. Subſtātia aūt tertio modo
dicta eſt p̄ticulare ſubſiſtēs in gn̄e
ſube indiuiduatū: qd̄ ſupponit᷑ oīb9
ſup̄ioꝛibus ⁊ alia p̄dicant᷑ de eo. et
oīa illa q̄ predicant᷑ de ea vocantur
ſcd̄e ſube. Et ſic diuidit ph̄s hoc vl
timo mō p̄maȝ ſubam ↄtra ſcd̄am.
Ptȝ ergo q̇d eſt p̄ma ſuba ⁊ ſcd̄a. ⁊
q̊t modis ſumit᷑. Quāuis aūt h̄ fe/
cerim mentiōem de gn̄e ⁊ ſpē. ⁊ gn̄e
gn̄aliſſim[illegible] ſpē ſpecialiſſima. nō ta
mē declar[illegible]ui quid iſtis noībus ſig
nificet᷑. quia dicetur infra cum aget᷑
de ſcd̄is intētionib9 ſuo loco

## ¶ De q̄ttuoꝛ latinis noībus ſcȝ eſſentia. ſubſtātia. ſubſiſtentia. res nature. Et grecꝭ coꝛrn̄dentibus. ſ. vſya. vſyoſis. hypoſtaſis. phyſis. Vñ imponunt᷑. q̄uo diſtinguuntur. q̇d ſignificent. quomodo ſe habent ad inuicē Cap. XLII.

Secūdo dd̄m eſt de ſuba cuȝ
alijs noībus q̄ ſunt idē cum
ſuba realit᷑. licet differāt rōe
quoꝝ etſi aliq̄ cōia ſtꝭ ſube ⁊ accn̄ti
dd̄m eſt tñ de eis q̄ntū ad illud in q̊
prop̄e ſube ↄueniūt. Circa hoc aūt
primo videndū eſt q̄uo hec noīa ab
inuicē diſtinguunt᷑ in gn̄ali. et vnde
vnūqd̄q̄ȝ ſumit᷑. Scd̄o dicet᷑ de q̊li
bet in ſpēali. Tertio in q̊ ↄueniūt ⁊
in quo dr̄nt: ⁊ q̄liter: breuit᷑ ↄcludet᷑

¶ Vñ importat᷑ ⁊ vñ diſtinguat᷑ eēntia. ſuba. ſubſiſtētia. res nature.

Quantū ad p̄mum ſciendū. q̄ȝ
hmōi noīa ſtꝭ q̄ttuoꝛ. ſ. eſſentia
ſuba. que duo ↄueniūt ſube ⁊ accn̄ti
vt p̄us dictū eſt. ⁊ aliq̄ ſpēali rōe cō
ueniūt ſoli ſube. Alia duo ſtꝭ ſubſi/
ſtētia ⁊ res nature q̄ ſolū cōueniunt
ſube. Hec aūt q̄ttuoꝛ noīa q̄ ſunt la
tina apud nos in greco h̄nt alia q̄t/
tuoꝛ noīa ſibi coꝛrn̄dentia. ſ. vſyam
vſyoſim. hypoſtaſim. phyſim. quoꝝ
vſus habet᷑ etiā apud nos: de q̇bus

dicendū erit. Quātum ꝗ ad illa q̄t
tuoꝛ latina ſciēdū ꝙ ſic diſtinguunť
et ſic ſumunť. qꝛ eēntia imponiť ab
actu eēndi. ſuba ꝛ res nature ab ac-
tu ſubſtādi. ſubſiſtētia ab actu ſub
ſiſtēdi. Et ſm hoc iſta diſtinguunť.
qꝛ eēntia eſt cuiꝰ actus eſt eſſe. ſuba
et res nature cuiꝰ actꝰ eſt ſubſtare.
licet dꝛñter vt diceť. qꝛ ſubſtādo na
ture cōi et accñtibꝫ dꝛ ſuba. Sꝫ res
nature dꝛ ab actu ſubſtandi nature
cōi ſolū. Subſiſtētia a[illegible] eſt cuiꝰ ac
tus eſt ſubſiſtere. eſſe aūt non deter
minat ſibi aliquē modū eſſendi ſpe
cialē. ſed eſt cōe oī enti. licꝫ ꝑ ꝓus cō
ueniat ſube. Subſtare aūt ꝛ ſubſi-
ſtere dicūt modū ꝯuenictē ſoli ſube
ſm duo q̄ ſibi ꝯueniūt. ſcꝫ ꝙ ſit ens
in ſe ꝯpletū. ꝛ quātū ad hoc ꝯuenit
ſibi ſubſtare. ꝛ ꝙ oibus aliis q̄ ſunt
in ea accñtibꝫ ſubſternať. ꝛ q̄ntū ad
hꝯuenit ſibi ſubſiſtere ſiue ſubſtare

## ¶ De eſſentia: ꝛ de vſya.

### Caplm̄. XLIII.

Quantū ad ſcōm dōm ꝓmo
de eſſentia q̄ ſumiť ꝛ impo-
niť ab actu eēndi. Sciendū
ꝙ eſſentia ſcatur dupl'r. aliqñ vt qđ
eſt. aliqñ vt q̊ eſt. Cū eñ ſpēs ſit to
ta eēntia indiuidui: ipa eſſentia ſca
tur vt qđ. ꝛ noie idiuidui ꝛ noie ſpe
ciei. vñ dicimꝰ ſoꝛtē eſſe quādā eēn
tiā: ꝛ hoiem eſſe eſſentiā ſoꝛtis. Ali
qñ aūt eēntia ſcatur vt q̊. vt cū dico
humanitas. eſt eñ humanitas id q̊
hō eſt hō. Et ſic eēntia aliqñ ſcatur
vt qđ ꝑ nomen ꝯcretū. vt ſoꝛtes vel
hō. aliqñ vt q̊: vt humanitas. ꝛ tunc
ſcatur ꝑ abſtractū. Huic aūt noi la
tino rñdet nomē grecū qđ dꝛ vſya.
Et qꝛ in cōpoſitis ex materia ꝛ foꝛ-
ma eēntia rei nō eſt ſoluꝫ foꝛma vel
materia ſola. ſed eēntia iꝑtat vtꝝ
qꝫ. iō in talibꝫ dicta vſya ſcat vtꝝqꝫ
ſcꝫ ꝯpoſitū ex vtroqꝫ. ꝛ ſic Boetiꝰ dꝛ
in ꝑdicamētis ꝙ vſia ſcat ꝯpoſitum
ex matia ꝛ foꝛma In ſimplicibꝫ aūt
dꝛ vſya eo mō q̊ ꝯpetit eis eſſentiaꝫ
hr̄e. Sicut aūt eēntia ſcat vt q̊ ꝛ vt
qđ: ſic ſil'r cū illud idē ſit apud gre-
cos vſya qđ apud latinos eſſentia.
aliqñ ſignificat vt qđ. aliqñ vt quo

## ¶ De ſubſiſtentia et vſyoſi.

### Caplm̄. XLIIII.

Ecūdo dōm ē de ſubſiſtētia
q̄ ab actu ſbſiſtēdi ſumiť. ꝛ
hec ſcať aliqñ vt q̊. aliqñ vt
qđ ſubſiſtit. ꝛ cū hoc ſit ſuba illa in
qua ꝑ ꝓus inueniť foꝛma ſubſiſtētie
hoc āt ſit gñaliſſimū ſube. Ipa ſub
ſtātia ſic accepta dꝛ ſubſiſtētia ꝓut
ſubſiſtit. ꝛ h̄ ꝑ ꝓus ꝯuenit generibꝫ
et ꝑ poſteriꝰ indiuiduis. licꝫ ipa in-
diuidua ſint in q̇bus ſuꝑioꝛa ſubſi-
ſtunt. q̄uis eñ gña ꝛ ſpēs ꝛ oīa ſu-
ꝑioꝛa nō ſubſiſtūt niſi idiuiduis q̄ꝝ
eſt eē. tñ determinatio ꝛ denoiatio
eſſendi fit ex natura vel q̇dditate ſu
ꝑioꝛi. Aliqñ āt ſubſiſtētia ſcat q̊ ali
q̇d ſubſiſtit. ꝛ cū hoc ſit ꝓma foꝛma
ſube: ſcat ipam foꝛmā per quā ſubſi
ſtēs ſubſiſtit. Huic āt latino noi no
bis vſitato rñdet in greco hoc no-
men vſyoſis. qđ in ſcato habeť apđ
nos ꝛ grecos in vſu per oīa. ſicut
ſubſiſtētia q̄ntum ad qđ ꝛ a quo

## ¶ De ſubſtātia ꝛ hypoſtaſi.

### Caplm̄. XLV.

Ertio dōm eſt de ſuba cuiꝰ
actꝰ eſt ſuſtare. Ubi ſciēdū
ē ꝙ ſuba a ſubſtādo dꝛ Du-
pl'r āt ſubſtat aliq̇d alteri. Unoꝰ ſi
cut ſubiectū accñti. Alioꝰ ſicut infe
riꝰ nature cōi. ſicꝫ ſoꝛtes hoi Ab iſto
igiť duplici actu ſubſtādi q̇ ſube cō
uenit dꝛ ſuba Aliqñ ei hec ſuba ſcať
vt qđ ſubſtat. ꝛ ſic cū hec ſit ꝓª ſuba
ꝓº ꝛ ꝑ eā oīa ſuꝑioꝛa. ſic ſuba ſcat
ꝓmam ſubam ꝓmo ꝛ ex ꝯñti ſubas
ſcđas Aliqñ aūt hec ſuba ſignificať

vt quo ſubſtat aliqd. ⁊ ſic cū materia ſit rō ſubſtādi vt ꝙ ſubſtātia ſit accepta ſcat materiā. Huic aūt latino noī rn̄det apud grecos nomen hypoſtaſis apud nos vſitatuꝫ. ⁊ dr̄ aliqn̄ de eo ꝙ ſubſtat. Et qꝛ primuꝫ ꝑncipiū ſubſtādi eſt materia. iō dicit Boetius in p̄dicamētis ꝙ hypoſtaſis eſt materia. Aliqn̄ ſumiṫ pro eo qḋ ſubſtat. ⁊ ſic cum hec ſit ꝑma ſuba: ſic hypoſtaſis ꝑmā ſubam ſignificat. Et ſic accipit hypoſtaſim Boeti⁹ in libro de duab⁊ naturis

## ¶ De hoc nomīe res nature. Capitulū. XLVI.

Quarto dicenduꝫ eſt de hoc noīe res nature. qḋ etiam a ſubſtādo dr̄. Sciendū āt eſt ꝙ ꝙuis ſuba dicaṫ a ſubſtādo accn̄tib⁊ ⁊ nature cōi. ſicut ab vtroqꝫ actu ſubſtādi ſumiṫ nomē ſube. ita ab altero ſolo inq̄ntum ſcꝫ ſubſtat nature cōi ſumiṫ hoc nomē res nature. Vn̄ hoc nomen res nature ſcat ſubam, ꝓut ſubſtat alicui nature cōi vt ſortes hoī ⁊ nature q̄ per hoīem importaṫ. ſ. humanitati. Huic autē noī in greco rn̄det hoc nomen pragmatis phyſeos Verꝫ eſt tn̄ ꝙ ſic nō eſt multū apud nos vſitatū. ſed phyſis bn̄ eſt vſitatū qḋ naturā ſignificat. Vn̄ ⁊ cōſiderantes naturā phyſicos appellam⁹. vn̄ etiaꝫ a materia naturaliū in libro phyſicoꝝ tradita dr̄ liber phyſicoꝝ. Nec tn̄ eſt inconueniēs ꝙ etiā res nature dicaṫ hypoſtaſis ab altera proprietate

## ¶ In quo ꝯueniunt ⁊ in quo differūt quattuor predicta nomina Caplm̄. XLVII.

Nunc aūt ꝯcludo duas conclusiōes reſpcū cōueniētie et dr̄ne noim p̄dictoꝝ. Prima ꝙ cū aliqua res ſcatur vt qḋ: ſignificeṫ ꝑ modū totius. cū ſcatur vt q̄ ſignificeṫ ꝑ modū ꝑtis. Unde tria noīa p̄dicta. ſ. eēntia. ſubſiſtētia. ſubſtātia: cū aliqn̄ ſignificēt vt q̄ tūc ſignificāt ꝑ modū ꝑtis. cū ſignificēt aliqn̄ vt qḋ tūc ſcant ꝑ modū toti⁹ Et iō dico de noībus grecis corrn̄dentib⁊. ſ. vſya q̄ rn̄det eſſentie. vſyoſis que rn̄det ſubſiſtētie. hypoſtaſis q̄ reſpōdet ſubſtantie. Vn̄ iſta tria noīa dicunṫ aliqn̄ ſcare partē. vel ꝑ modū ꝑti[...] vt vſya ſcat eſſentiā, ꝓut eſt forma totius. vſyoſis formaꝫ ꝑtis. hypoſtaſis ꝑtem q̄ eſt materia et tunc ſꝑ ſcant vt quo. Et ita vtiṫ eis Boeti⁹ in li. p̄dicamētoꝝ in cōmēto. Aliqn̄ autē iſta ſcant vt qḋ ⁊ totū ⁊ ꝑ modū totius. vt hō ſcat ſortis eſſentiā ꝑ modū totius ⁊ ſubſiſtētia ⁊ ſuba ſilr. Et idē dico de noībus corrn̄dentibus in greco. ſ. vſya. vſyoſi. ⁊ hypoſtaſi. Et ſic habꝫ cōis vſus loq̄ndi vel vtēdi iſtis vocabulis. ⁊ ita accipit Boeti⁹ in li. de duabus naturis Scḋa ꝯcluſio eſt ꝙ ſi ita accipiantur ſcando vt qḋ eſt: ſic vnū ⁊ idē dr̄ eſſentia inq̄ntum hꝫ eē ſine determinatōe aliq̄ Subſiſtētia inquantū hꝫ tale eſſe determinatuꝫ qḋ in ſe ſubſiſtit ⁊ ꝑ ſe. ⁊ hoc ꝯuenit indiuiduis ꝑ illud qḋ ꝑmo cōuenit generib⁊ ⁊ ſpēbus. Et ſubſtātia vt ſubſtat accn̄tibus ⁊ nature cōi ſimṫ et hoc ꝑ ꝑus cōuenit indiuiduis ꝙꝫ ſuꝑioribus. Et res nature, ꝓut ſubſtat nature cōi p̄ciſe. qḋ ſilr̄ cōuenit inferiorib⁊ ꝑ ꝑus ꝙꝫ ſuꝑioribus.

¶ Quid ſignificēt. qb⁊ ꝯueniāt ꝓprie vel ſilitudinarie. qūo differant ab inuicē hec noīa creatio. generatio. gigni. cōcipi. naſci. natiuitas in vtero. ex vtero. filiatio. paternitas

Modo dōm eſt de noībus rerū q̄ ſunt in gn̄e ſubſtātie. Et primo ſumēde ſtꝫ diſtinctōes due rerū ad genus ſubſtātie ꝑtinentiū. ſcꝫ de

ꝓductōe. ⁊ de rebus ipſis ꝓductis
Scđo iuxta diſtinctōes reꝝ produ-
ctaꝝ deſcendet ad nomina earū.

## ¶De trib⁹ gradib⁹ entium. ⁊ qđ ſit creatio Cap. XLVIII.

Quantū ad pmū ſciendū. ꝙ
entiū creataꝝ ſubſiſtētiū ad
genus ſube ꝑtinentiū eſt tri-
plex gradus. Quedā em̄ hn̄t ſoluꝫ
eſſe: vt inaīata. ⁊ iſta tenēt infimum
gradū. vt lapis ⁊ hmōi. Quedā ha
bēt eē ⁊ viuere vt vegetabilia. ſicut
plante. Quedā ſuꝑ hoc hn̄t ſentire
vt aīalia. nec in his q̄ ad hoc pono
dr̄ntiam. q2 nihil faceret ad ꝓpoſitū
Quedā habēt eſſe ⁊ viuere ⁊ intel-
ligere. vt intelligibilia: ſicut aīa. an-
gelus. ⁊ etiā hō. Et iſta tenēt ſupre
mū gradū in entibus. Scđa diſtin
ctio eſt q̄ntū ad res ꝓductas. q2 du-
plr̄ ꝯſiderari pn̄t. Uno mō q̄ntum
ad ſui pmariā ꝓductionē qua i mū
di creatōe ꝑ ſpēs ſuas oīa ſunt crea
ta. ⁊ talis productio vocat creatio.
Un̄ Gen̄. pmo. In pncipio creauit
deus ⁊c̄. Dicit aūt creatio ꝓductio
rei nullo p̄ſuppoſito ex ꝑte rei ꝓdu-
cte. Et q2 tūc res ſic ſunt ꝓducte ꝙ
nihil earū p̄exiſtebat. talis ꝓductio
dr̄ creatio. Alio mō pn̄t ꝯſiderari
res create q̄ntū ad ſuā quotidianā
et ꝯtinuā ꝓductōeꝫ reſpectu rerū ge
nerabiliū ⁊ corruptibiliū. vel que đ
nouo infra ſpēs ꝓductas ꝓducūtur
et talis reꝝ ꝓductio iuxta diuerſos
gradus tres p̄dictos diuerſa ſortit
noīa vt patebit His ſuppoſitis di
cendū eſt de noībus que ꝯueniūt re
bus de gn̄e ſube. pmo quantū ad p
mmu gradū entium. ſecundo quan
tum ad ſecundum. tertio quantum
ad tertium.

## Quid eſt generatio ⁊ corru-ptio. ⁊ quibus conueniant. Caplm̄. XLIX.

Quantū ad pmum gradū en
tiū: eoꝝ ſcꝫ q̄ ſunt inaīata et
hn̄t eſſe ſolū ⁊ nō viuere: di-
cendū eſt. ꝙ taliū entiū cōis ⁊ q̄tidi
ana ꝓductio vocat gn̄atio q̄ eſt pro
ductio rei ſuppoſita materia ex qua
Et illa q̄ ſic ꝓducūtur ſunt oīa gn̄a
bilia ⁊ corruptibilia. ⁊ ſic producta
dicunt generata. eoꝝ aūt deſinitio
dr̄ corruptio. Ex q̄ ptꝫ dr̄ntia int ge
neratōem ⁊ creatiōem. q2 gn̄atio eſt
ꝓductio rei ex materia ex q̄. cui⁹ ta-
mē pncipiū nō eſt ars. ſed natura ꝓp
ter dr̄ntiam ꝓductōis artificialiuꝫ
Sꝫ creatio eſt ꝓductio rei nullo p̄-
ſuppoſito ex ꝑte ꝓducti: ſaltē quātū
ad materiā ex q̄. Supius aūt ē poſi
ta drn̄a inter materiā ex q̄ ⁊ in qua.

## ¶Quid eſt generatio ⁊ q̄ cō-currūt ad eā. ⁊ ꝙ deo ⁊ creatu ris conuenit ſed diuerſimode. ꝙ in diuinis ſola ꝓceſſio filij dicitur ge-neratio. Caplm̄. L.

Quia vero de generatōe ſer-
mo ē: vt pateat āplius Sciē
dū eſt ꝙ ad generatōem qui
ꝙ neceſſaria ꝯcurrūt. ſextum aūt de
quo dicet indifferēter ſe hꝫ. q2 gene-
ratio p̄t eē cū hoc ⁊ ſine hoc. Cum
em̄ ſm Aug⁹. nihil generet ſeipm̄.
igit ad hoc ꝙ ſit gn̄atio oꝫ eſſe ali-
quod generās qđ eſt ꝓducēs. ⁊ hoc
eſt primū. ⁊ aliqđ generatū qđ eſt ꝓ
ductū: ⁊ hoc eſt ſcđm Et q2 generās
cōicat ſuā naturā generato: oꝫ ꝙ in
oī generatōe ſemꝑ p̄ſupponat aliqđ
nō ꝓductū de quo generatū dr̄ gn̄a-
ri. ⁊ in hoc differt gn̄atio a creatiōe
ꝙ creatio nihil p̄ſupponit. ⁊ iō gn̄a-
tio ſi nihil p̄ſupponeret nō eſſet gn̄a
tio ſꝫ creatio. ⁊ h̄ eſt tertiū ꝯcurrēs
Quia ſc̄do gn̄atio eſt ab agēte equo
co ⁊ vniuoco: ſicut dicit ph̄s. ꝙ hō
generat hoīem ⁊ ſol. ⁊ generātis ſit
cōicare eandē naturam gn̄ato. quia

agens eq̃uocũ nõ cõicat eandẽ natu
rã ſpecie. ſed ſolũ vniuocuꝫ ſicut hõ
Idcirco verius ſaluaꝛ rõ gñatiõis
in vniuocis. ſicut qñ hõ gñat hoiem
et ſi eſſet poſſibile adhuc veriꝰ ſalua
reꝛ rõ gñatõis: ſi generãs ſcꝫ ſoꝛtes
cõicaret eandẽ naturã non ſolũ ſm
ſpẽm: ſed etiã ſm numeꝝ. ⁊ h̃ eſt q̃r
tum ꝯcurrẽs ad gñationẽ. Quintũ
eſt ꝙ cõicatio eiuſdẽ nature fiat mõ
nature. Modus ãt nature eſt vt ge
neratũ ſit ab vno generãte effectiue
Dico aũt ab vno. qꝛ ĩpoſſibile eſt ꝙ
duo: vt petrꝰ ⁊ guillelmꝰ poſſint vnũ
filiũ nũero gñare. Dico ãt effectiue
qꝛ in creaturis ⁊ potiſſimũ in gñati
one aĩaliũ ꝑfectoꝝ ꝯcurrũt duo: ma
ſculus ⁊ femella. maſculꝰ ſolũ effe
ctiue. femĩa aũt ſe habꝫ ſolũ paſſiue
ſm phm ſexto de aĩalibꝫ. Si ḡ eſſet
poſſibile in creaturis ꝙ talis ꝓdu
ctio eſſet a duobꝫ effectiue: non eſſet
mõ nature. ſꝫ nec vocaretur gñatio
Sextũ aũt ad gñatõem indrñter ſe
hñs eſt. ꝙ gñatio p̃t eſſe cũ tñſmuta
tõe ⁊ ſine tñſmutatõe. Cũ tñſmuta
tõe ẽ in creaturis ⁊ eſt rõ. qꝛ oẽ agẽs
in gñando introducit ꝓpꝛiã foꝛmã ⁊
expellit ꝯꝛiã a materia. ⁊ h̃ nõ p̃t eẽ
ſine trãſmutatõe. tñ ꝓductio tal' nõ
hꝫ ꝙ ſit gñatio foꝛmalis ex hoc ꝙ ẽ
talis trãſmutatio. alioq̇n coꝛruptio
eſſet gñatio ⁊ bꝛeuiter oĩs motus ⁊
mutatio. Si ḡ ſit aliqua ꝓductio q̃
hoc nõ exigat erit ſine trãſmutatõe
ſicuti eſt ĩ diuinis. ⁊ ideo gñatio ex
ſui natura nõ impoꝛtat motũ ⁊ trãſ
mutatõem. ſed p̃t eſſe cũ ea vt ĩ crea
turis: ⁊ ſine ea vt in diuinis. Unde
ptꝫ q̇d eſt de rõne gñatõis: ⁊ que ſit
eius definitio. qꝛ nõ plus impoꝛtat
niſi ꝙ generatio eſt ꝓductio quã ge
nerãs vel ꝓducens cõicat pꝛoducto
eãdem naturã. Dico aũt eadem: vl'
gñe vt in generãtibꝫ eq̃uocis: vel ge
nere ⁊ ſpẽ vt in vniuocis. ⁊ h̃ in crea
turis: vel eandẽ gñe vel ſpecie vl' nu
mero. ⁊ hoc ſolũ in diuinis. Ex his
ptꝫ ꝙ hec ſex ꝯcurrũt ad generatio
nẽ. Pꝛimũ eſt generãs. ſcd̃m gñatũ
qꝛ nihil gñat ſeip̃m. Tertiũ aliud p̃
ſuppoſitũ nõ ꝓductũ. ⁊ ideo gñatio
nõ eſt creatio. Et qꝛ hoc eſt in diui
nis ꝙ generatiõi filij p̃ſupponiꝛ eſſe
q̃ nõ eſt generãs nec genita ſꝫ cõica
ta. ideo gñatio filij non eſt creatio.
Quartũ eſt ꝙ ſit cõicatio eiuſdẽ na
ture. ⁊ vbi maioꝛ ẽ idẽtitas ibi veri
oꝛ ẽ rõ gñatõis: ⁊ iõ verioꝛ in vniuo
cꝭ. ⁊ ꝑ ꝯñs qꝛ ĩ diuinis eadẽ natura
ſpẽ ⁊ numero cõicatur filio: eſt ibi ꝓ
pꝛijſſima gñatio. vñ Ephes. iij. Ex
quo oĩs paternitas in celo ⁊ in ter
ra ⁊c. Quintũ eſt. ꝙ ſit mõ nature ⁊
vt ab vno effectiue vnũ genereꝛ. Et
ideo ꝓductio filij q̃ eſt ab vno ſolo
ſcꝫ a patre vocaꝛ generatio in diui
nis. Sed qꝛ ꝓductio ſpũſſancti eſt
a duobꝫ. ſ. a patre ⁊ filio nõ vocatur
gñatio ſed ꝓceſſio. Sextũ aũt ꝙ ge
neratio ſit cũ motu ⁊ trãſmutatõe
vel nõ ſit indifferẽter ſe hñs ad eaꝫ
ita ꝙ in creaturis motũ ſꝑ habet et
trãſmutatõem. in diuinis aũt exclu
dit. Ex q̇bus oĩbus ꝯcludiꝛ q̇d eſt
gñatio. ⁊ ꝙ ꝯueniat deo ⁊ creaturis
et ꝙ diuerſimode. ⁊ vlterius ꝙ nobi
lioꝛi mõ ⁊ magis ꝓpꝛie eſt ĩ diuinis
q̃ꝫ in creaturis. ⁊ ꝙ pꝛoductio filij a
patre dꝛ generatio. ꝓductio aũt ſpi
ritusſancti nõ. ſed pꝛoceſſio

¶ De nominibꝫ ꝑtinentibꝫ ad vi
tam ⁊ viuentia.

Videndũ eſt de noĩbus ꝑtinẽti
bus ad ſcd̃m gradũ entiũ: coꝝ
ſcꝫ que hñt eſſe ⁊ viuere. Et qꝛ nomẽ
vite hic p̃mo occurrit: ideo p̃mo di
cendũ eſt de hoc noĩe vñ traxit oꝛi
ginẽ. q̇bus ꝯuenit ꝓpꝛie. ⁊ q̇bus ſili
tudinarie. Scd̃o deſcendeꝛ ad dicẽ
dum de noĩbus ꝓductionũ. q̇bꝫ ipa
viuẽtia ꝓducunꝛ. ⁊ de noĩbus ꝓdu

ꝛtoꝝ. Quātū ad pmū dicēda ſtꝫ qt
tuoꝛ. Primū eſt de ipo noie vite. vñ
ſumptū eſt ⁊ qbus ꝯueniat. Scdo
quō viuere diuidit p iſta qttuoꝛ. ſcꝫ
alimēto vti. ſentire. moueri ſm lo/
cū. itelligere. Tertio quō vita diui/
dit in actiuā ⁊ ꝯtēplatiuā theologo
rū ⁊ phoꝝ. Quarto q eſt differētia
inter vitā ꝯtemplatiuā ⁊ actiuā

## ¶ Uñ habuit originē nomen vite. qb ꝯueniat ⁊c. Cap. LI.

Quantum ad ſcđm ſciendū ꝙ relatiuum diuiditur contra abſolutum. Abſolutum aūt dicitur quod ab omni alio eſt ſolutum. ſic tali ſolutōne ꝙ non habet reſpectum ad aliud. Et ideo per oppoſitum illud dicitur relatiuum qđ importat ⁊ habet reſpectuȝ ad aliud propter quod dicitur relatiuum. Dicitur etiam reſpectiuum. in quo ſcȝ reſpectiuo fit aliqua maior expreſſio ipſius reſpectus q̄ȝ in nomine relatiui. Et quia reſpectus importatur ꝑ hanc prepoſitōnem ad. ⁊ hoc quod dico aliquid ipſam terminat. idcirco relatiua vocantur hoc nomine ad aliquid. Hoc em̄ quod dico aliquid dicit ⁊ ſignificat eſſentiā. cum ſit neutri generis. ⁊ importat terminum reſpectus ⁊ dependentie. cum ſit accuſatiui caſus qui eſt maxime determinatiuus. Hec etiam prepoſito ad. importat quendam reſpectum ⁊ quandam dependentiam. Iſtam aūt duplicem naturam habent relatiua. ſcȝ naturam terminantis quantum ad oppoſitum relatiuum. ⁊ dependentis quantum ad ſeipſum. Et iō magis explicite tangitur natura relatiuoꝝ cum reſpectiua dicūtur. q̄ȝ cū ſimplici noīe relatiua appellant. Sed cū dicunt ad aliq̄d tunc expreſſius ⁊ explicatius exꝑimunt. Et ſic patet ꝙ idē ſunt ⁊ idē importāt relatm̄ reſpectiuū ⁊ ad aliq̄d. ſȝ reſpectm̄ explicat exp̄ſſiꝰ q̄ȝ relatm̄. ⁊ ad aliq̄d exp̄ſſiꝰ vtroq̄ȝ. ꝓpter qđ Areſtote. nō noīe reſpectiui vł relatiui. ſȝ noīe ad aliq̄d relatiua definit in libro p̄dicamētoꝝ

## ¶ Quid ſit relatiuū deffinitiue. ⁊ quō ītelligitur deffinitio Areſto. de eo. Ca. CCLXXII

Quantū ad tercium videndum eſt quid ſit relatiuū ſm illā deffinitōnem Et dđm ꝙ

Areſtotelis in libro predicamentoꝝ definit relatiua. dicens. ꝙ ad aliquid ſunt q̄cunq̄ hoc ipm̄ qđ ſunt alioꝝ dicunt eē. vł quolibet aliter ad aliud. Hec definitio ſic declaratur. q2 ipſa relatiua vocat ad aliquid ratōne immediate p̄dicta. quaſi dicat ad aliq̄d id eſt ip̄a relatiua ſunt talia ꝙ ipſa h̄ ipſuʒ qđ ſunt alioꝝ dicunt. id eſt ip̄a relatiua inquantū relatiua ſunt. reſpectum ⁊ habitudinē ſeu depēdentiam habent ad alia reſpectu quoruʒ relatiua ſunt. In hoc aūt ꝙ dr alioꝝ notantur duo. vnum eſt ꝙ relatio oportet ꝙ ſit inter duo. ⁊ ꝑ ꝯſequēs relatiū eſt ad alteꝝ extremū ⁊ nō ad ſeip̄m. Uñ oportet eſſe duo extrema diſtincta ip̄a relatiua. vel ſm rem. vt in relatōe reali. vt patʒ de patre ⁊ filio. Uel ſm rōnem. vt ptʒ in relatōe rōnis q̄ntum ad relatōem identitatꝭ in qua idē refert ad ſeip̄m In qua nō ſunt duo extrema, ſm rem ſed ſm ratione. inq̄ntum intellectus vno termino vtitur vt duobꝰ dicendo. idē eidē idē Scđo notatur. ꝙ cū hoc qđ dico aliorum ſit caſus genitiui. ꝙ relatiua poſſunt referri in habitudine genitiui caſus. vt dicendo. pater filij pater vel poſſunt etiā referri in habitudine ablatiui caſus. vt dicendo maius minore maius. vel alioꝝ caſuum. Et quantum ad hoc ſubdit in definitōe vel quolibet aliter ad aliud. id eſt nō ſolū alioꝝ dicunt id eſt referuntur in habitudine alioꝝ. id ē genitiui caſus. ſed etiā quolibet aliter qđlibet refert ad aliud. id eſt indifferēter ſm habitudinē alioꝝ caſuum.

## ¶ Quō relatiua diſtinguuntur ſm dici ⁊ eē. Ca. CLXXIII

Quantū ad quartū dicendū ꝙ relatiuoꝝ eſt talis diſtinctio. ꝙ quedam ſunt relatiua ſm dici. quedam ſm eſſe. Relatiua ſm dici dicūtur ſm accidens. Relatiua ſm eſſe dicūtur relatiua ſm ſe. Relatiua ergo ſm eſſe ⁊ per ſe dicuntur illa que quantū ad ſui eſſentiam vel quantum ad illud qđ p̄mo ſcat per nomen. ſunt in p̄dicamento relationis. vt duplum. triplum. ⁊ huiuſmodi. Uel illa que directe in formali ſcato important relatōnes. qđ idē eſt. ſicut pater ⁊ filius important relationes paternitatis ⁊ filiatōis Relatiua ſm dici ⁊ ſm accidens dicunt que quantū ad ſui eſſentiam. ⁊ q̄ntuʒ ad id quod p̄mo ſcatur per nomen nō dicunt niſi fundamentū relatōis. et ſic ſunt in alio p̄dicamento Quantum aūt ad reſpectū quem importāt nō aūt in formali ſcato ſunt in genere relatōnis. ſicut patet de ſcientia q̄ quantum ad formale importatum ꝑ nomen eſt in p̄ma ſpecie qualitatis. tamen quia refertur ad ſcibile tanq̄ ad correlatiuū eſt in genere relatōis Hec aūt diſtinctio nō debet poni. q̄uis eam aliqui poſuerunt. in relatōe ſicut ponitur in relatiuis. Nō eīn eſt quedam relatio ſm eſſe. ⁊ quedā ſm dici. ſicut eſt quoddā relatiuū ſm dici. ⁊ quoddām ſm eſſe Omnis eīn relatio ſm eſſe eſt relatio rei vel rationis. ⁊ nulla ſm dici

## ¶ Quō relatiua diſtinguūtur in relatiua ſuppoſitōis ſuprapoſitōnis ⁊ equiparantie. Caplm̄. CLXXIIII

Quantū ad quintū eſt ſciendum ꝙ relatiuoꝝ eſt talis diſtinctio. quia quedam ſunt relatiua ſuprapoſitōnis. quedam ſuppoſitōis quedam eq̄parātie. Relatiua ſuprapoſitōnis dicuntur que aliquid maius ex ſuo nomine important. ⁊ ſic rē latiuum ſuprapoſitōnis dicitur dominus reſpectu ſerui. duplum reſpectu dimidij. Relatiua aūt ſuppōnis

dicunt̄ q aliquā minoritatē τ inferio/ritatē importāt. vt ſeruus reſpectu domini. dimidiū reſpectu dupli ¶Re latiua equiparantie dicūtur q nulla3 ſuperioritatem vel inferioritatem vl' minoritatem importāt vt in relati/uis ſimilis τ equalis. τ huiuſmodi. q3 ſimile refert̄ ad ſimile. τ equale ad equale quadam equiparātia vel equi polentia.

## ¶Quot ſt̄ modi relationis in diuinis Capl'm. CLXXV

Quantū ad ſextum vltimū quot ſunt modi relatiuorū τ nominū relatiue ſignificātiū in diuinis Dicendū q quattuor ¶Eſt em̄ relatiuū propriiſſime qđ ſcđm ſuū nomen ad aliquid refertur. vt pater. Aliud eſt relatiuum qđ conſequit̄ vel cauſat relatiōem. vt generatio τ gene rans Aliud aūt quod implicite clau/dit in ſe relatōnem. ſicut trinitas que includit in ſe perſonas relatiōe diſtin ctas. τ hoc nomē perſona includit re/lationē diſtinguentē Aliud aūt dr̄ re latiuū inquantū ꝓ relatiuo ponit̄ vt hoc nomen deus

## ¶De relatione Ca. CLXXVI

Nunc ſecūdo dicendū de rela tione que formaliter impor/tat preciſe τ principaliter ip ſum relatiuū. Circa quam videnda ſunt. xi. Primo quot ſunt genera rela tionū formaliter acceptarū Secūdo quid eſt relatio realis τ rationis. Ter cio quomodo diſtinguūtur relatiōes reales in comparatione ad ſua funda menta. Quarto de his que cōueniūt relationi vt ad diuerſa comparatur. Quinto que requirūt̄ ad relatōnem realem Sexto quid requirit̄ ad rela/tionem realem. ita q ſit realis ex par te vtriuſq3 termini Septimo q inter duo extrema relatiua nō eſt vnica re latio ſed due. Octauo q relatio pōt eſſe inter duo extrema realia nō rea/lis. τ nō poteſt eſſe realis niſi habeat duo extrema realia Nono quot mo/dis contingit relationem eſſe realem Decimo quomodo differat relatio a ſuo fundamento. Undecimo quot modis cōtingit eſſe relationē rōnis.

¶Q5 genera relationū formali/ter acceptarū ſt̄ duo. ſ. realis τ rōis

Quantū ergo ad primum quot ſunt modi relationū ſiue gene/ra reſpectu ſuiipaꝝ formaliter acce/ptarū Dicendū q duo in genere. q3 relationū alie ſunt reales. alie ratōis ¶Relationū aūt realium hec eſt diſtin ctio. q3 q̄dam relatōnes reales habēt correſpondētem realem relationem in oppoſito termino ſicut relatio pa/ternitatis habet relationem realem correſpondētem in filio. ſcꝫ filiationē Un̄ ſicut pater paternitate realiter refert̄ ad filiū. ita filius filiatione ad patrem Alie aūt ſunt relationes rea les q̄ non habent oppoſitam relationē realem correſpondentem in oppoſito termino. ſed ſolū rationis. ſicut ſcien/tia refertur ad ſcibile realiter. ſed nō reſpondet ſibi relatio realiter ex par/te ſcibilis. ſed ſolū ratōnis Unde re latione rationis ſcibile refertur ad ſci entiam τ nō relatione reali. ¶Rela/tio aūt ratōnis ſimiliter diſtinguitur. q3 q̄dam ſunt relationes rationis. q̄ habēt relationē correſpondentem in oppoſito termino ratōnis tantū ſicut relatio q̄ eſt inter duo entia rationis q3 ſicut vnū ens rationis refertur re/latione ratōnis ad alteꝝ ita aliq̄d ad illud Alie aūt ſunt relatiōes ratōnis q̄ habent oppoſitam relatiōem reale3 in oppoſito termino ſicut dictū eſt de ſcibili. q relatiōe rationis refertur ad ſcientiā. ſed ſcientia realiter refert̄ ad ſcibile ¶Et hoc modo deus refertur ad creaturā relatiōe rationis. Sed

creatura relatione reali ad ipm Et il
le modus eſt conueniens relationi re
ali ⁊ relationi rationis . vnde eſt qua
ſi medius quantum ad correſpon-
dentiam

### Quid ſit ralatio realis et relatio ratōis Ca. CLXXVII

Quantū ad ſecundū vidēdū
ē quid ſit relatio realis. et qd
relatio rationis Ad qđ dicē
dum relatio realis eſt qua aliqđ ha-
bet reſpectuꝫ realem in rerum natura
ad aliquid aliud circumſcripto omni
actu intellectus ⁊ rationis Unde da
to ꝙ nō eſſet aliquis intellectus con-
ferens ⁊ comparans patrem ad filiū
vel filiū ad patrem. adhuc eſſet rea-
lis reſpectus in patre ad filium ⁊ ecō
tra. ⁊ ideo vtraqꝫ eſt relatō realis Re
latio aūt rationis dicit̄ reſpectus qui
nō eſt in re extra ad aliud realiter ſed
tota habitudo illa inter duos eſt re-
ſpectus vnius rei ad aliam ſm intelle
ctū ſolū comparantem ⁊ cōferentem
ſub quadā habitudine vnam rem ad
aliam Et hoc modo eſt talis reſpect⁹
in ſcibili reſpectu ſcientie . niſi eni eēt
intellectus comparans ſcibile ad ſciē
tiam nullus eſſet reſpect⁹ ſcibilis ad
ſcientiam Unde dicitur relatio ratō
nis. quia eſt a ratione p priuationem
vel negationem vlterioris realitatis
Et hoc ſiue ſit reſpectu vtriuſqꝫ ter
mini quantū ad illas relationes ſibi
mutuo correſpondētes in eſſentia rei
vel rationis Siue ſit ex parte alteri⁹
termini ſolū quantū ad illas que ha-
bent correſpondētes relationes rea-
les in altero termino alterius modi.

### ¶ Quot ſunt fundamenta in genere relationis realis ⁊ quot modi relationum ſm ea Capl'm. CLXXVIII

Quantū ad tercium ſcꝫ quot
modi ſunt relationū in com-
paratione ad fundamentum in quo
fundat̄ talis reſpectus. dicendum ꝙ
quinqꝫ. quia quedā relatōnes ſunt q̄
fundantur ſup ſubſtantiam. quedam
ſup q̄titatem. quedam ſup qualitatē
quedam ſup pertinentibus ad actio
nem ⁊ paſſionem. quedam ſup rebus
menſurātibus ⁊ reb⁹ mēſuratis. Qꝫ
relatio immediate fundetur ſup ſub
ſtantiam negat̄ ab aliquibus ſed cre
do veriorem opinionem illam ꝙ im-
mediate fundet̄ relatio ſup ſubſtanti
am Unde ita eſt ſortes ſimilis plato
ni. quantū ad animam rationalem ſi-
cut ſm albedinem Et iſte eſt primus
modus relationū. Patet aūt ꝙ in di
uinis relatō immediate fundat̄ ſuper
ſubſtantiam. q̄uis ſit diſputabile de
creaturis In diuinis aūt relatio ma-
net ſm propriū genus. ⁊ ideo oportꝫ
ponere vnū modū relationis que fun
datur in ſubſtantia . iſtū aūt modum
phus expreſſe nō ponit Scđus mo-
dus eſt relationū que fundant̄ ſuper
quantitatem ſicut refert̄ duplum ad
dimidium. ⁊ ſic de alijs Tercius mo
dus relationum eſt que fundat̄ ſuper
qualitatē. ſicut relatio ſimilitudinis
que fundat̄ ſup vnum in qualitate. ſi
cut relatio equalitatis fundat̄ ſuper
vnū in quantitate. vt ſortes habens
albedinē ē ſimilis platoni albo Quar
tus modus relationū eſt que fūdant̄
ſup ptinentibus ad actionem ⁊ paſſi
onem . ⁊ hoc contingit dupliciť Uel
ſm virtutem ⁊ potentiam actiuam ⁊
paſſiuam ſicut calefactiuū dicitur ⁊
refert̄ ad calefactibile ſm potentiam
actiuam ⁊ paſſiuaꝫ Nam calefactiuū
eſt quod poteſt calefacere. calefactibi
le quod poteſt calefieri . Alio modo
ſm actionem ⁊ paſſionem in actu ſi-
cut calefaciens in actu refert̄ ad cale-
factum in actu . Quintus modus eſt
ſm qđ fundat̄ in rebus menſurantib⁹
et menſuratis. nō quidem iuxta men

ſuram quantitatis ſed entitatis ꝛ vir-
tutis rei. ꝛ ſic referẗ in ratione menſu-
rati ſcientia ad ſcibile. ꝛ ſcibile ad ſciē-
tiam in ratione menſure. quia veri-
tas ꝛ entitas ſcientie menſuraẗ ad ſci-
bile a quo dependet. Ex quo patet ꝙ
hic nõ accipiẗ menſura ꝛ menſuratuꝫ
ſm ꝗtitatem quia hoc ad primũ mo-
dum ꝑtinet. ſed accipiẗ ſm menſurati-
onem eſſe virtutis ſm ꝙ ab eo quod
res eſt vel nõ eſt oratio diciẗ vera vel
falſa. Et ideo patet ꝙ differũt illi duo
modi. Areſtoteles aũt nõ poſuit primũ
modũ in. vi. metaph. directe ſm ali-
quos. Vel quia nõ nouit. vel quia nõ
erat ſibi neceſſarium. Terciũ etiã mo-
dum nõ explicauit. quia qualitas nõ
ordinaẗ ad aliud niſi ſm ꝙ qualitas
accipiẗ ratõne potẽtie actiue vel paſſi-
ue prout eſt principiũ actionis ꝛ paſ-
ſionis vel ratione ꝗtitatis. vel ratio-
ne alicuius ad ꝗtitatem ꝑtinentis ſi-
cut diciẗ aliquid albius alio. Et ſic di-
citur ſimile quod habet vnam quali-
tatem. vnde nõ explicite iſtum modũ
ſed implicite alios duos ponẽdo po-
ſuit. Explicite aũt poſuit. ij. iiij. ꝛ. v. ꝛ
iſti ſunt tres modi relationũ apud lo-
quentes ꝯmuniter vſitati. ꝛ a pho po-
ſiti. Primus ꝑtinens ad quantitateꝫ
Secũdus ad actionem ꝛ paſſionem
Tercius ad menſuram ꝛ menſuratũ
Quorũ modorum ratõ ſic accipitur
Relatio eñ eſt habitudo vnius rei
ad alteram. ordinaẗ aũt vna res ad
aliam. vel ſm eẽ prout vna res quãtũ
ad ſuũ eſſe depẽdet ab alia. ꝛ ſic ẽ mo-
dus tercius. Vel ſm virtutem acti-
uam ꝛ paſſiuam in agendo ꝛ pacien-
do ſcdm ꝙ vna res ab alia recipit vel
confert aliquid alteri ꝛ ſic eſt ſecũdꝰ
modus. Vel ſm ꝙ quantitas vnius
rei menſuraẗ ꝑ aliam. ꝛ ſic eſt primus
modꝰ. Ad hos aũt tres modos phi
poſſunt omnes relationes reduci. Sꝫ
clarius habenẗ per modum a me poſi-

tum. Alia aũt genera accidentiũ po-
tius conſequunẗ relationẽ ꝗ poſſint
relationem cauſare ſicut patet. quia
quando cõſiſtit in aliquali relatione
ad tempus. Ubi ꝟo in relatione ad
locum. Poſitio aũt ordinem partium
importat. Habitus aũt relationem
habẽtis ad habitum. Idcirco in iſtis
nõ fundaẗ directe relatõ. nec eam cau-
ſant ſed potius eam conſequunẗ

## ¶ Qꝫ diuerſa conueniunt relationi ſm ꝙ comparatur ad ſuum fundamentum. ad ſuum genus. ad ſuum oppoſitum. et ad ſuum principium.

Ca. CLXXIX

Quantũ ad quartũ videlꝫ vñ
habeat relatio ꝙ dicaẗ quid
vel aliquid et vnde habeat
ꝙ ſit ad aliquid. ꝛ de alijs que ſibi cõ-
ueniunt vel ratione ſui oppoſiti vel ra-
tione cauſe. Eſt intelligẽdũ primo ꝙ
aliquid vel quid important abſolutã
entitatem. ſed ad aliquid importat
entitatem reſpectiuam. Quando er-
go diciẗ a doctoribꝰ ꝙ relatio ab vno
habet ꝙ ſit quid vel ꝙ ſit aliquid. in-
telligunt de abſoluta entitate. ſed qñ
dicunt ꝙ ab aliquo habet ꝙ ſit ad ali-
quid intelligunt de relatiua entitate
Quo viſo dicendum eſt ꝙ relatõ po-
reſt conſiderari quadrupliciter. quia
vel ꝑ comparationem ad ſuũ funda-
mentum vel ad ſuũ genus proprium
vel ad ſuum oppoſitum. vel ad ſuam
cauſam vel principiũ. Si cõſideretur
relatio per comparationem ad ſuum
fundamẽtum. ſic relatio habet entita-
tem a fundamento. ꝛ ſic cadit ſub di-
uiſione entis in ſubſtantiam ꝛ acci-
dens. quorum accidens cõcernit ſub-
ſtantiam cui ineſt. Et ſic relatio redu-
citur ad genera ſuorum fundamen-
torum. et ſic dicitur quid vel aliquid

Si aūt comparatur ad ſuum genus
propriū .ſic relatio nō eſt aliquid .ſed
ad aliquid.id eſt non dicit entitatem
abſolute.ſed entitatem relatiuā. Nā
illud quod cōuenit alicui ratione ſui
generis.cōuenit omni illius generis
ſicut ſenſus cōuenit alicui ratione ge
neris quod ē animal.ꝛ ideo omni ani
mali .ſꝫ eſſe aliquid reale nō cōuenit
omni relationi cū ſit quedam relatio
ratōnis .ergo nō cōuenit relationi ra
tione ſui generis eſſe aliquid.ſed eſſe
ad aliquid cū hoc cōueniat omni rela
tioni. Si aūt conſideratur relatio in
comparatione ad ſuum oppoſitū. ſic
trahit ſpeciem ab illo ꝛ ratione.ſicut
vlna duoꝝ cubitorū trahit rationem
dupli ab vlna cubitali.que ē dimidi/
um .nam ſi vlna non eſſet cubitalis.
nō eſſet dupla . Si aūt comparet̄ ad
ſuā cauſam vel ꝓncipiū.ſic dicimꝰ du
plicem eſſe cauſam.ſcꝫ effectiuā.ꝛ ſub
iectiuam . Cauſam effectiuā proprie
nō habet relatio.cū in ad aliquid non
ſit proprie motꝰ quāꝗꝫ relatio ſit effe
ctus correſpondens agenti. Agens
eñ cui effectus correſpondēt oportꝫ
eſſe in creaturis aliquid abſolutum.
Eſt eñ ſuppoſitū relatiuū proprium
in diuinis In creaturis aūt relatiōes
nō conſtituunt ſuppoſitū ſed ſuppoſi/
ta conſiſtuūt.propter quod actio oīs
agentis naturalis terminatur ad ali
quid abſolutū primo ꝛ ꝑ ſe.licꝫ ex cō
ſequēti terminet̄ ad relationem conſe
quentem .vt augmentatio terminat̄
ad quātitatem quā ſequitur relatio
equalitatis Alia eſt cauſa relationis
que dicit̄ fundamētalis.ſiue ſubiecti
ua.de qua dictū eſt in prima compa/
ratione . Et dicit̄ fundamētū quia eo
poſito vel ſubtracto incipit vel deſi/
nit eſſe relatio Sicut ſorte exiſtēte al
bo .albedo in platone eſſet fundamē
tū ſilitudinis.qꝛ ea poſita vel remo/
ta a platone incipiet eſſe in eo vel de

ſinere ſilitudo ad ſortē. Aduertendū
tñ eſt ꝙ hec duo differūt.fundamētū
et ſubiectum . nam relatio ſubiectū
refert.nō aūt proximum fundamētū
Fundamentū eñ non eſt proprie qđ
refertur ſed ſubiectum Unde albedo
que eſt in ſorte non refertur ad pla/
tonem.ſed ſortem.ratione albedinis
que eſt fundamentum ſimilitudinis
in ſorte.

## ¶ Quot requirūtur ad relati one re[al]ē ꝛ que Ca. CLXXX

Quantū ad quintū.ſ.quot re
quirūtur ad hoc ꝙ relatō ſit
realis Dicendū ꝙ quattuor
ſm veriorē opinionē Primū ē ꝙ illud
qđ refert̄ relatione reali.ſit aliquid re/
ale.qꝛ nō entis non eſt relatio realis.
Realiter eñ referri preſupponit tale
eſſe.ꝛ ideo chymera nō poteſt referri
realiter qꝛ realiter nō eſt ens Secūdū
qđ requirit̄ ad hoc vt relatio ſit rea/
lis ē.vt in eo quod refert̄ ſit aliqđ po/
ſitiuū ꝑ qđ referat̄.in quo fundet̄ rela
tio. Si eñ nō ꝑ illud aliquid poſiti/
uum qđ eſſet reale in ſe.ſed ꝑ poſitiuū
realiter exiſtens in alio refert̄.nō eſſet
realis relatio.ſed eſſet relatio ratio/
nis tantū Et propter hoc ſcitū nō re
fert̄ realiter ad ſcientiam.qꝛ ſcitū dicit̄
ſcitū non ꝑ aliquid exiſtens in ſcito ſꝫ
ꝑ aliud exiſtēs in ſciēte.ꝛ ecōuerſo.pa
ter realiter refert̄ qꝛ aliqđ eſt in patre
poſitiuū.vñ refert̄.ꝛ nō refert̄ ꝑ poſiti
uū exiſtens in altero . Et iſta duo ſu/
munt̄ ex parte ſubiecti qđ refert̄ Alia
āt duo q̄ ꝯſequunt̄ ſumunt̄ ex ꝑte ter
mini ꝛ obiecti Quoꝝ primū eſt ꝙ ter
minus ad quē eſt relatio ſit realis .ſi/
cut eñ nō entis ad ens nō p̄t eſſe rela
tio realis.ita nec entis ad nō ens non
p̄t eſſe relatio realis Scđm eſt ꝙ ter
minus q̄ refert̄ ſic realiter diſtinctus
ab oppoſito termino ad quē refert̄.tal
tem diſtinctū eſſe habeat in eſſe relati

ĩuo ab illa relatione q̄ eſt ad ipm̄. ꝛ ꝓpter hoc relatio eiuſdē ad ſeipm̄ nō realis. q̄ꝛ licet in rei veritate aliq̄d ſit idē ſibiipſi. tn̄ termini iſtius idētitatis non ſunt diſtincti realiter. q̄ꝛ nihil habet identitatem ad ſeipſum vt ad rem a ſe diſtinctam. Habet ergo eſſe relatio realis ex ꝑte vni⁹ termini. qñ habet has quattuoꝛ p̄dictas ꝯditiones. dato ꝙ oppoſita relatio ſibi ex oppoſito termino correſpōdēs nō ſit realis ſꝫ rationis. Et iſto modo relatio creature ad creatorē eſt realis ꝗuis creatoris ad creaturā ſit rationis. Et ſimiliter relatio ſcientie ad ſcibile ē realis. licet ſcibilis ad ſcientiam ſit rationis.

¶ Quot ꝛ que requirūtur vt relatio ſit realis ex ꝑte vtriuſq̄ȝ termini Ca. CLXXXI

Quantū ad ſextū ſcꝫ quot requirunt̄ ad relationē realem que ſic eſt realis ꝙ etiā in oppoſito termino habet oppoſitam ſibi relationē correſpondētē. ꝛ ſic ſm̄ mutuā correſpondentiam ex vtroq̄ȝ termino ſunt reales Dicendū eſt ꝙ predicte quattuoꝛ ꝯditōes immediate poſite ꝛ cū hoc vna alia que eſt quinta ꝛ hec reſpicit vtranq̄ȝ relationem et vtrūq̄ȝ terminū. ſcꝫ ꝙ vtraq̄ȝ relatio ſit eiuſdem ordinis Et vocāt doctores hanc conditionē ponentes eē eiuſdem oꝛdinis. q̄ꝛ ſi relatio vnius extremi ſit infinita ꝛ extra omne genus. ꝙ relatio oppoſiti extremi ſilr̄ ſit eiuſdē oꝛdinis ꝛ ꝯditionis ꝙ ſilr̄ ſit infinita ꝛ illimitata ꝛ extra omne genus Et iſta ē in relatōib⁹ diuinis Nā ſicut relatio qua pater refert̄ ad filiū ē extra om̄e genus ita relatio q̄ refert̄ filius ad patrē. Vñ mutuo ſibi correſpōdēt in hoc ꝙ ē eſſe extra oē gen⁹ ꝛ eſſe infinitū ꝛ illimitatū Vel etiā dicunt̄ eiuſdē oꝛdinis ſi vna ē finita ꝛ infra genus. ꝙ relatio oppoſiti extremi ſilr̄ ſit eiuſdē ꝯditionis Et illo modo ſunt eiuſdē generis ꝛ oꝛdinis in humanis relatio patris ad filiū ꝛ relatō filij ad patrē ecōuerſo. Et q̄ꝛ relatio dei ad creaturā nō eſt eiuſdē oꝛdinis cū relatione creature ad deū Et ideo nō poteſt eſſe realis relatio ſm̄ mutuam correſpondentiam ex parte vtriuſq̄ȝ extremi.

¶ Qꝫ nō ē vna relatio duoꝝ extremoꝝ imo due ſtꝫ aliqñ ſolo numero. aliqñ ſpē. aliqñ gñe differentes Ca. CLXXXII

Quantū ad ſeptimū pōt ꝯcludi ex dictis ꝙ falſa eſt imaginatio quoꝝūdā q̄ imaginātur ꝙ inter duo extrema relatiua ſit vnica relatio qua vnū ad aliud referat̄. ſicut in locali diſtantia eſt eadem diſtaūntia nero inter duo extrema ſicut vn⁹ mot⁹ duoꝝ extremoꝝ. qđ ē falſū immo ſunt due relatiōes nūero differētes aliqñ. aliqñ ſpē. aliqñ gñe. Numero solū. vt cū vnuꝫ equale refertur ad alteꝝ. duo eñ equalia referūt̄ ad inuicē relatiōib⁹ ſolo numero differētib⁹ Specie aūt vt relatiua ſuprapoſitionis ꝛ ſuppōnis referunt̄ ad inuicē relatiōib⁹ ſpē differētib⁹. ſicut relatio dñi differt ſpē a relatiōe ſerui Genere aūt cū relatiua ſunt talis ꝯditōis q̄ꝝ vnū refert̄ relatione reali ꝛ aliud relatione rōnis. tunc eñ referunt̄ relationibus genere differentib⁹ vt ſcientia et ſcibile

¶ Qꝫ relatō p̄t eſſe inter duo extrema nō realis. CLXXXIII

Quantū ad octauū p̄t ꝯcludi ꝙ nō ē neceſſe ꝙ ſi vna relatō vnius extremi ē realis ꝙ relatio alteri⁹ extremi ſit realis. Et iō nō eſt idē dicere ꝙ relatio ſit realis et ꝙ habeat duo extrema realia. q̄ꝛ pōt habere duo extrema realia. ꝛ tn̄ eſſe

relatio rationis.nõ poteſt tamen eſſe
ecõtra. ſ. ſine duob9 extremis realib9
eſſe relatio realis. Nec etiã ẽ idem di
cere ꝙ relatõ ſit realis ⁊ ꝙ habeat cor
reſpondentiã realẽ relationi in oppo/
ſito termino.q2 poteſt eẽ realis ſine h
Unde habere correſpondentẽ realem
relatõez in oppoſito termĩo addit ſu/
per hoc qð ẽ eſſe relationẽ realem

¶ Q2 oĩs relatio realis fun/
dat᷑ vel ſupra ſubſtãtiã vel quã
titatẽ. vel qualitatẽ. vel ſup ꝑti
nẽtib9 ad actionẽ vel paſſionẽ. vel ha
bẽtib9 rõnẽ menſure ⁊ menſurabilis.

Capl̃m CLXXXIIII

Quantum ad nonũ ſcʒ quot
modis cõtingit eſſe relatõez
realẽ Dicendũ ẽ ꝙ in genere
quattuor modis.q2 oĩs relatõ realis
eſt ſm ꝙ fũdat᷑ in ſubſtãtia vel quã
titate vel qualitate vel in ꝑtinẽtibus
ad actionẽ ⁊ paſſionẽ vel habẽtib9 ra/
tionẽ mẽſure vel mẽſurabilis. Et ſic
cõtingit eſſe relationẽ ⁊ hoc quintu/
plici genere ſicut ꝑus expoſitũ eſt

¶ Quomõ differt relatio a
ſuo fundamento. CLXXXV

Quantũ ad decimũ.ſcʒ quõ
differat relatio a fundamen/
to vnũ ſolum infero quantũ
eſt ad veritatẽ quã credo.ſcʒ ꝙ relatõ
nõ differat realr̃ a ſuo fundamento ſi
cut differũt due res ⁊ due nature.q2
vna nõ eſt alia ſicut ſimilitudo ⁊ albe/
do ſup quã fundat᷑ rõ ſĩlitudinis non
differũt intrinſece Sed tñ põt dici ꝙ
differũt extrinſece.q2 ip̃a relatio im/
portat aliq̃d qð nõ eſt ip̃m fundamẽ
tum. Illa eñ res eadem formaliter q̃
facit ſortez albũ.ſcʒ albedo.facit ip̃m
ſimilẽ platoni albo.nec ſimilitudo ali
quid intrinſece addit ſupra albedinez
exiſtẽtem in ſorte quod diuerſum ſit
ab albedine.ſed extrinſece ſimilitudo
ſuper albedinem addit ⁊ importat co
exiſtentiã alicuius exiſtentis in pla/
tone cui eſt ſimilis. ⁊ hoc eſt albedo.
Si ergo fundamentum relationis ⁊
relatio ⁊ albedo ⁊ ſimilitudo ſe viden
tur habere ꝙ ſint idem intrinſece rea/
liter.ſed extrinſece ipſa relatio vt ſi/
militudo addit coexiſtẽtiã alicui9 al/
teri9 in aliq̃ reſpectu cui9 ꝑ ſĩlitudinẽ
eſt illi conformis Hoc aũt ꝙ realiter
nõ differant probat᷑ ratione cõmuni.
nam nullo mõ videtur intelligibile
ꝙ aliq̃d adueniat alicui rei de nouo
differẽs realiter ab eo ⁊ ab omni qð
in re erat.⁊ ſic faciens realem cõpoſi/
tionẽ cũ eo ⁊ illud ſubiectum in nullo
ſit mutatũ cũ mutari ſm ph̃m non ſit
aliud realiter q̃ȝ rẽ eẽ aliter nũc q̃ȝ pri
us. Sed relatio poteſt aduenire ali/
cui nulla mutatione facta in eo ſed in
altero.vt ſi ſortes ſit albus et plato
de nouo efficiatur albus.ſorti de no/
uo aduenit relatio ſimilitudinis nul
la in eo facta mutatione ſed in plato/
ne. ergo videt᷑ ꝙ relatio nullo modo
differat a fundamento. vt ſimilitudo
ab albedine nec facit cõpoſitionem cũ
eo. Et ſic intrinſece ſunt idẽ realiter
cũ ſine mutatione ſubiecti adueniat.
vt pʒ in exemplo poſito Et idem di
citur. v.methaph̃. Reliqua de hoc
pretermitto

¶ Quot modis cõtingit eſſe
relationẽ rõnis.

Capl̃m. CLXXXVI.

Quantũ ad vndecimũ.ſcʒ de
relatione rationis quot mo/
dis cõtingat dicendum eſt.
Quid ſit relatio rationis dictũ eſt ꝑ
us Quot aũt requirantur ad hoc ꝙ
ſit relatio rationis ⁊ quot modis cõ
tingat ſimul oſtenditur Nam cũ rela
tio rationis ſit in defectu relatõis re
alis.vbicũq̃ȝ deficit aliquid de requi
ſitis ad relationẽ realem habitudine
aliqua exiſtente inter extrema quocũ

ꝙ modo erit relatio rationis Et hoc
pꝫ deducendo per ſinguos modos
prius poſitos Si eñ contra pꝛimam
conditionē nõens ponatur aliquam
habitudinem habere ad ens .erit re/
latio rõnis tantũ Sicut ſi ponatur ꝙ
moꝛtui fuerũt pꝛioꝛes nobis viuenti
bus.hec relatio pꝛioꝛũ ad nos poſte/
rioꝛes eſt relatio rationis .Si etiam
contra ſecundam ponaꝛ ꝙ aliud rela
tiuũ referatur non per illud quod in
ip̃o eſt.ſed ꝑ illud quod in alio eſt po
ſitiue.erit relatio rationis .ꝛ ſic refer/
tur intellectũ ad intelligentem vel ſci
tum ad ſcientem ꝛ hmõi .Si contra
tertiam conditionē entis ad nonens
ſit aliqua habitudo ſicut eſt cũ dici/
mus.ꝛ nos ſumus pꝛioꝛes poſterio/
ribus futuris.ibi relatio impoꝛtata
per illã pꝛioꝛitatem eſt relatio ratõis
Si aũt contra quartã deficit in illis
vbi conſideratur aliqua habitudo ꝙ
termini relationũ oppoſiti nõ ſunt di/
ſtincti in eſſe relatiuo ſaltē.nõ erit re/
latio realis ſed ratõnis .ſicut cõtingit
in relatione identitatis quando ideꝫ
referꝛ ad ſeip̃m.vt dicẽdo idem eidē
idem Preter hos modos relationis
rationis poniꝛ vnus alius.ſcꝫ quãdo
ponitur relatio rõnis .ip̃a eñ relatõ
non referꝛ mediante alia relatione vł
per aliam relationē Unde in creatu/
ris paternitas nõ coniungiꝛ ſubiecto
ꝑ aliam relatiõem mediam Et iſtos
modos innuit doctoꝛ cõis pꝛimo ſen
tentiaꝝ diſtin.xxvi.arti.pꝛimo Et in
de videntur doctoꝛes alij ſumpſiſſe ꝑ
oppoſitum relationis ratõnis ad re/
lationē realem illa quattuoꝛ que de/
bent requiri ad ipſam de quibꝫ dictũ
eſt prius Sũt nihilominus multi alij
modi relationis rationis. Sicut qñ
duo entia rationis referunꝛ ad inuicē
in pluribꝫ modis alijs .qui tñ oẽs re/
ducibiles ſunt ad iſtos

¶ De pertinẽtibꝫ ad p̃dica/
mentũ actionis CLXXXVII

Poſt predicta dicẽdũ reſtat
de quinto pꝛedicamento qđ
diciꝛ actio Circa qđ cõſiderã
da ſunt duo .Pꝛimo quid eſt actio in
genere Scđo quid eſt actio manens
et tranſiẽs ꝛ quomodo differũt Quã
tum ad pꝛimũ videnda ſunt quinqꝫ.
Pꝛimo quid ē actio diffinitiue Se/
cũdo quõ ſe habet ad paſſionē Tertõ
quomõ habet ſe ad agens ꝛ patiens
Quarto quõ ad foꝛmã acquiſitam ꝑ
actionē Quinto quõ facit ſp̃eale p̃di
camentũ a paſſione.

¶ Quid ſit actõ ſm ſui diffinitiõem

Quantũ ad pꝛimũ ſciendũ ꝙ au/
ctoꝛ.vi.pꝛincipioꝛũ diffinit acti
one ſic Actio eſt ſm quã in id quod
ſubijciꝛ agere dicimur Que diffinitõ
ꝑ partes ſingulas ſic declaraꝛ Dicit
eñ actio ꝛ nõ agere.ꝙ actio eſt nomē
ꝛ agere verbum Et ideo actio cuꝫ ſit
nomen ſignificat naturam quandam
ſimplicē ꝑ modum ꝑ ſe ſtantis. Sed
agere cũ ſit verbuꝫ ſignificat per mo
dum fluxus .ꝛ ideo cũ ſit magis con
ueniens rationi pꝛedicamẽti modus
ſignificandi nominis ꝙ̃ verbi dicitur
actio ꝛ nõ agere Dicitur aũt ſm quã
vbi notandũ ꝙ hec pꝛepoſitio ſm .dt
habitudinē cauſe ad cauſatũ Quam
uis aũt dicat in diuerſis locutionibꝫ
diuerſarũ cauſaꝝ habitudines.hic tñ
dicit habitudinē cauſe foꝛmalis.ſicut
ſi dicerem paries eſt albꝫ ſm albedinē
Dicitur vlterius in id quod ſubijciꝛ
vbi ſunt duo .Et ideo eſt intelligen/
dum ꝙ actõ nõ ſolum reqrit terminũ
a quo ſed etiã terminũ ad quem.qui
terminus eſt ipſum paſſum Et ideo
dicitur in id quod ſubijcitur. quod
eſt ipſum paſſum .Actio autem non
ſolum ſtat ad ipſum paſſium ſicut mo
tus localis ad terminũ.ſꝫ penetrat et

tranſmutat ipm. ideo dicit̄ in id ⁊ nō
ad id. Dicit āt agere dicimur. ⁊ nō di
cit̄. q: in iſtis inferiorib⁹ nō inuenitur
omnis modus actionis niſi in homi
ne ſolo. hic aūt non diffinitur actō vt
diſtinguit̄ contra paſſionem ſed vt eā
cōprehendit. Quomodo autem ad
inuicem ſe habent actō ⁊ factio infra
dicetur

### ¶ Quō actio et paſſio ſunt vnus motus realiter.

Capitulum. CLXXXVIII

Secūdo dicendū eſt quomō
actio ſe habet ad paſſionem.
Ad qd̄ dicēdū ē q̄ ſm pħm
in pncipio tertij phicoꝝ. Actio ⁊ paſ
ſio ſunt vn⁹ motus realr. ⁊ ideo vn⁹
actus duoꝝ. ſcʒ agētis ⁊ patiētis. ſed
dr̄ agētis p denominationē vt a q̄. ⁊
patiētis ꝑ realem receptionē vt in q̄
Quō aūt diuerſoꝝ pt eſſe vnus act⁹
declarat̄ ſic. Si due eſſent potentie
tm̄. nunq̄ ex eis fieret vnū ſm eē. nec
iterꝫ ſi duo eſſent in actu ſimplr nūq̄
ex eis fieret vnū ſm eſſe Sed qn̄ vnū
eſt in potentia. alterꝫ in actu ſicut ptʒ
in materia ⁊ forma. tūc fit vnū ſm eē
Et hoc eſt verbū phi. ij. de aīa. q̄ nō
oportet querere quō ex figura cere ⁊
cera fiat vnuꝫ. eo em̄ ipo q̄ cera eſt in
potētia ad talē figurā ex illis duob⁹
fit aliquod vnū Ex quo ptʒ q̄ nunq̄
vnū eſſe eſt a duob⁹ quoꝝ quodlibet
ſit in actu. vel quodlibet in potentia.
Et p ſimile i oppoſito. ſi eſſent duo qd̄
libet in actu vel quodlibet in potentia
inquantū hmōi nunq̄ agerent ad in
uicem nec paterent̄. nec illis duobus
poſſit cōpetere vn⁹ actus. ſed ſi vnū
ſit in actu alterꝫ aūt in potētia. q: ea
dem actio pcedit ab agente ⁊ ſuſcipi
tur in paſſo. vnus ⁊ idē erit act⁹ agē
tis ⁊ patiētis. ſed nō eadē rōne. quia
agētis in actu vt influit. patiētis aūt
vt eſt in potētia ⁊ vt recipit actioneꝫ
Idcirco pōt eſſe vt ptʒ vnus actus.
et ita realiter actio ⁊ paſſio vnus mo
tus ſunt. ſicut eadē via ē ab athenis
vſqʒ ad thebas ⁊ ecōtra. ⁊ idē ſpaciū
a ſurſum vſqʒ deorſum ⁊ a deorſum
vſqʒ ſurſum Unus ergo ⁊ idem mo
tus dicit̄ actō ⁊ paſſio. actio vt deno
minat ipm agens a quo eſt ⁊ in quo
nō eſt. ⁊ paſſio vt denominat paſſum
in quo ē ⁊ a quo nō eſt

### ¶ Quomō ſe habent actio et paſſio ad agens et patiens.

Capitulum. CLXXXIX

Tertio ex iſtis ptʒ quomodo
ſe habet actio ad agens ⁊ pa
tiens. Cū eīn actio ⁊ paſſio
ſint vnus motus q̄ eſt accidēs in eis.
Nullū aūt accidens ſit in duob⁹ ſub
iectis. ſequitur q̄ cū paſſio ſit in pati
ente ſicut in ſubiecto. q̄ nullo mō ſit
actio in agente ſicut in ſubiecto. ſed
ſolū in patiente. ⁊ hoc idem ptʒ. quia
cū actio ſit quidā motus. ſi actō eſſet
in agente. ſequeretur q̄ omne agens
moueret̄ quod eſt falſum. Relinquit̄
ergo q̄ actio ⁊ paſſio cū ſint vn⁹ mo
tus ſunt in patiente ſicut in ſubiecto
⁊ ipm denominatur a paſſione ⁊ non
ab actione. ſed idem actus non eſt in
agente. ſed ab agente ⁊ ab eo denomi
natur inquātum ab eo eſt. ⁊ dicitur
actio Ex quo patet q̄ idem acidens
aliquādo denominat aliquid vt ſub
iectum in quo eſt. aliquando vt cau
ſam effectiuam a qua eſt. Primo mo
do denominatur paſſum. Secundo
modo agens eodem accidente qui ē
vnus actus. ſ. actio ⁊ paſſio

### ¶ Qualiter ſe habent actio ⁊ paſſio ad formā p motū acq̄ſitā

Capitulum. CXC

Qualiter autem quarto ſe ha
beant actio et paſſio vel mo
tus ad formam p motum acquiſitā

# De predicamento Actionis

Sciendū eſt/ q̄ quidā dicūt q̄ actio
et paſſio ſint diuerſa re ab inuicē. ⁊ a
forma q̄ acquirit ſubiecto. Vñ ima/
ginant q̄ p actōnem ⁊ paſſionē fiat
res. nō ſicut p cauſam agentē vel ma
terialē. ſed ſicut p quandā viā vſq̄
ad terminū. ita q̄ via nō eſt cā agens
ſꝫ eſt mediū p qđ fit tranſitus. ſic q̄
p actōem intelligat agens attingere
vſq̄ ad formā ꝓductā actiue. paſſuꝫ
vero p paſſionē paſſiue. Sꝫ huic opi
nioni nō aſſentio. q2 videt eſſe directe
cōtra phm. Alij dicunt q̄ ac[illegible] ⁊ paſ
ſio ab inuicē vel a forma acq̄ſita non
differūt realiter. qđ ſic oſtēdit. Actio
et paſſio ſunt vnus motus ⁊ ſunt in
patiente ſicut in ſubiecto. ergo ſunt
quedā res cauſate in ſubiecto ab ip̄o
agente. Omnis autē res cauſata ab
ip̄o agento in paſſo eſt quedā forma.
Nā forma ⁊ actus ſubiectū īformās
vident eſſe idē. Quelibet aūt forma
in ſubiecto fit p aliquā actōnem vel
paſſionē. Tunc ergo ſi p̄ma actio re
cepta in ſubiecto eſt forma ⁊ fit alia
actōne. erit ꝓceſſus in infinitū. ſi aūt
nō fit alia. eadē rōne forma q̄libet po
terit eſſe actio ⁊ paſſio. ⁊ iterꝫ q̄libet
actō ⁊ paſſio erit forma recepta i ſub
iecto. Et ideo ponit hec opinio q̄ ea
dem res q̄ đr forma. đr actio ⁊ paſſio
đr motus ⁊ mutatio. Dicit em̄ for/
ma ſm q̄ dat eē rei in qua eſt. Dicit
motus ſm q̄ ip̄a forma eſt in fieri ⁊
in fluxu. Dicit aūt mutatio ſm q̄ p
eā ſubiectū ſe hꝫ aliter nūc q̄ prius.
Dicit aūt actio ſm q̄ denoīat agēs
inquantū agens ip̄a forma facit ali/
q̄d eſſe actu. Dicit autē paſſio ſm q̄
aliqđ patiens fit ea actu ſuſceptiue.
Et ſm iſtos modos calor receptus
in ligno ab igne calefaciente. đr for/
ma acq̄ſita. Et đr calefacere ignis
calefacientꝫ ⁊ calefieri ligni patientꝫ
Et đr calefactio ꝓut noīe calefactio
nis importat motus vel mutatio. et
hanc opinionē reputo veriorem

¶ Quō actio et paſſio faci/
unt diuerſa p̄dicamenta q̄uis
realr ſunt idē Cap. CXCI

Quinto videndū ē quō actio
et paſſio cū ſint eadē res. faci
unt vt eē poſſunt duo diuer/
ſa p̄dicamenta. Ad qđ oſtendendū
p̄mitto duo. Primo q̄ diuiſio entis
in decē p̄dicamenta. vel cuiuſlibet ge/
neris in ſuas ſpēs. nō eſt diuiſio rea/
lis q̄uis ſit diuiſio eoꝝ q̄ ſunt realia
Nulla em̄ diuiſio ē realis niſi ei⁹ qđ
fuit vnū numero ſm rē. Ens aūt rea
le. x. p̄dicamentoꝝ vel qđcunq̄ gen⁹
reſpectu ſuaꝝ ſpecieꝝ. nūq̄ fuit vnuꝫ
ens reale numero. licꝫ aūt diuiſio nō
ſit realis cū qđlibet ens diuiſum eſt
ens reale Et iō nō oportet diuiſionē
p̄dicamentoꝝ vel generꝝ q̄ilibet eē
realē. ſꝫ bñ oportet qđlibet diuiſuꝫ eē
rē verā. Scđo p̄mitto q̄ cū ens diui
dat in ens reale ⁊ rōnis q̄ oīa entia
rōis ⁊ entitatē ⁊ dr̄ām hñt a rōe. Et
iō nullū ē in p̄dicamēto vt nūc ſuppo
no Entia aūt realia hñt quandā ve
ram entitatē. p̄ter actū rōnis ſpecu/
latiue. Sꝫ aliq̄ñ p[illegible]dē re differre ra
tione a ſeip̄o. vt ſortes ſedens a ſe nō
ſedente. ⁊ talia entia nō creata ſunt in
aliquo p̄dicamentoꝝ. Quñq̄ aūt di/
uiſio taliū p̄t eſſe rōnis q̄uis ip̄a ſtꝫ
entia realia pñt eſſe in diuerſis p̄dica
mentis ex diuerſa ꝯſideratōne rōnis
ſicut ſupius expreſſe patuit in tracta
tu de quarta ſpecie q̄litatis Ex iſtis
ad ꝓpoſitū q̄uis actio ⁊ paſſio ſint
vna ⁊ eadē res ⁊ vnus actus ſimplr
tñ ex diuerſitate rōnis p̄t eē q̄ faciāt
duo p̄dicamēta. ⁊ tñ qđlibet eoꝝ res
vera eſt tā actio q̄ paſſio. Sꝫ eoꝝ di
uiſio ⁊ diuerſitas nō eſt realis. ſꝫ ſm
rōnem tm̄. Vñ idē actus differt rōe
vt eſt ab hoc. ⁊ ſic ſumit p̄dicamentū
actōnis Et vt eſt in hoc. a quo ſumit

p̄dicamentū paſſionis. Et eſt ſiſr̄ in
exemplo phi. iij. phyſicoꝝ. q2 eadem
ē via ab athenis vſqꝫ ad thebas ꝛ ecō
uerſo. ſed nō eſt idē diſtare. q2 ille qui
eſt thebis diſtat ab athenis ꝛ non a
thebis. ille aūt q̄ eſt athenis diſtat a
thebis ꝛ nō ab athenis. ꝛ ſimilr̄ ſicut
eſt eadē via inter athenas ꝛ thebas
nō aūt idē diſtare. ita ſunt eadē res
actio ꝛ paſſio. ſ3 nō idē p̄dicamentū.
Sed hic difficultas inſurgit. quia ſi
dr̄ña rōnis faciat diuerſa p̄dicamēta
ergo q̄libet dr̄ña rōnis faciet diuer/
ſa p̄dicamenta. ꝛ ſic erunt quaſi infi/
nita. Ad hoc dicendū eſt ꝙ nō que/
libet dr̄ña rōnis faciet drām p̄dica/
mentoꝝ. ſ3 dr̄ña illaꝝ rationū que nō
ſunt reducibiles ad vnā rōem vniuo
cam. Talis aūt dr̄ña nō excedit nu/
merū decē p̄dicamētoꝝ. ꝑpter quod
nō ſunt niſi decē p̄dicamenta. Hoc
aūt ſupponaẗ ad preſens aliqualiter.
in generali aūt p̄t patere ſuperi⁹ vbi
eſt poſita predicamentoꝝ diſtinctio.

¶ De actione immanente et
tranſeunte Capl̄m. CXCII

Secundo dicendū eſt de di/
uiſione actōnis quam poſuit
phs. ix. metaph. ꝙ ſc3 actio
num alia eſt manens alia eſt tranſiēs
Circa quod facienda ſunt tria. Pri/
mum eſt oſtendere quō differunt et
quō conueniunt ad inuicem hec tria
ſc3 agere. facere ꝛ operari. Scd̄m eſt
q̄d eſt actio manens ꝛ tranſiens ꝛ in
quibus conueniant. Tercium ē quō
ſe habēt ad inuicem. in quo ſc3 conue
niūt ꝛ differūt actio manēs ꝛ trāſiēs

¶ Quomodo conueniunt ꝛ
differunt facere. agere ꝛ opera
ri. et quibus conueniunt.

Capl̄m. CXCIII

Videndū eſt ergo p̄mo quō
differunt iſta tria. ſc3 opa/
tio actio ꝛ factio. Et dicēdū ē ꝙ ſicut
cut magis cōmune ꝛ minus cōmu/
ne ꝛ reſpectu diuerſoꝝ obiectoꝝ. q̄a
opatio eſt cōmune ad actōnem ꝛ fa/
ctionē ꝛ actio ad factionē. omnis em̄
factio actio quedam eſt ꝛ nō ecōuer/
ſo. quia non oīs actio factio eſt. om
nis aūt actio ꝛ factio opatio eſt. ſed
nō ecōuerſo. quia aliqua opatio eſt q̄
ꝑpria ꝛ ſtricta acceptōne neqꝫ ē actio
neqꝫ factio. Igitur de factione loquē
do dico ꝙ factio ꝑprie eſt illa actio cu
ius p̄ncipiū eſt ars mechanica q̄ aſſu
mit materiā exteriorem nō ſolum ad
vſum ſed etiam ad tranſmutatiōem
in formam. ſicut faber aſſumit ferrū
vt trāſmutet in cultellū. ꝛ domifica
tor ligna vel lapides vt tranſmutet
ad formam domus. ꝛ talis factō eſt
actio ꝛ opatio. ꝛ in talib⁹ factionib⁹
ſemꝑ ꝑpter operatōem relinquiẗ ali/
quod operatū qd̄ eſt finis p̄ter opa/
tionem. Igitur facere ē agere ꝛ opa/
ri. ꝛ factio eſt actio ꝛ operatio. q̄pro/
pter nō icōuenienter dr̄ ꝙ ars ſit re/
cta ratio factibiliū. quod eſt intelligē
dum de arte mechanica ꝛ de iſta que
aſſumit materiam ad vſum et non
ad tranſmutatōem ad formam. Et
ideo artes mechanice factiue dicunẗ
Actio aūt ꝑprie dr̄ opatio cuius p̄n
cipium eſt vel potētia naturalis acti
ua. vel ars q̄ aſſumit materiā ſolū ad
vſum. ꝛ nō ad trāſmutatōem ad for
mam. verbi gratia de vtroqꝫ. q2 cū
ignis habet potentiam naturalē ad
calefaciendum vel conburendum.
calefaciendo lignum dicitur agere et
cōburendo ſilr̄. ꝛ tam calefactio q̄3 cō
buſtio dicunẗ actōes. ſ3 nō ꝑprie fa/
ctiones. q2 nec calefacere nec cōbure
re eſt ꝑprie facere ſ3 agere. Silr̄ autē
q̄n ars aliqua eſt actiua ꝛ eius actus
in exteriorē tranſit materiam. non tū̄
aſſumit materiā ad tranſmutatōem.
ſed ad vſum ſolum. talis opatio dr̄
actio ꝛ nō factio Sicut habens artē

equeſtrem aſſumit equũ ad equitandum. ⁊ cytharizator cytharam ad cytharizandũ. Unde eq̄tatio eſt actio trãſiens. ⁊ cytharizatio. ⁊ q̄dlibet ē operatio ⁊ actio. ſed non ꝓprie factio. Et quodlibet. ſcȝ equitare ⁊ cytharizare eſt agere ⁊ opari. ſed nõ ꝓprie facere. Unde p̄ter ſcias factiuas. vi. metaphiſice. ponuntur actiue ꝯuenienter Operatio aũt iſtis conuenit ⁊ vltra Ubi intelligendũ ꝙ forme que ſunt actus dupl'r per aliquam dictõnem ſcari poſſunt. Uno modo per modũ per ſe ſtantis ⁊ ꝑmanentis. Et quia natura nominis eſt ſic ſcare. ideo ſꝑ forma ſic ſcatur per nomen. vt forma lucis per nomen quod eſt lux. et forma albedinis per nomē quod eſt albedo. Alio modo eadem forma ſignificatur per modum actus. ⁊ cuiuſdam motus fluxus ⁊ fieri. Et q2 verba tali modo ſunt ſignificatiua. iō forma aliquando ſignificatur per dictionem verbalem ⁊ tũc videtur importare quendam fluxum ⁊ motum et ꝑ ꝯſequens quēdam actum. ⁊ ſic forma lucis ſcatur verbaliter ꝑ hoc verbum lucere. ⁊ forma que eſt calor per hoc verbum calere ⁊ albedo per hoc verbum albere. calor enĩ ⁊ calere idem ſunt quantum ad principale ſignificatũ. Lux etiam ⁊ lucere idem ſunt. quia vtrumqꝫ importat ipſam formam lucis. ſed nomen quod ē lux per modum permanentie. lucere autē quod eſt verbum per modum actus cuiuuſdam ⁊ fluxus. ⁊ ideo cũ lucere ſit concretum verbale. ſignificat quidem ipſam formam lucis per modũ actus fluentꝭ in ſubiecto ip̄m ſubiectum connotando. Unde lucere nihil aliud eſt q̄ꝫ lucem habere ⁊ in actu lucis eſſe. Operatio ergo prout abſtrahit ab actõne ⁊ factõne conuenit actui formali qui eſt lucere. vnde lucere poteſt dici operatio ⁊ nõ actio vel factio proprie loquendo. quia nihil eſt facere actiue ſed eſt ip̄a forma. Unde nomen operatõnis conuenit iſti actui formali Patet ergo que eſt differentia inter actõnem ⁊ factõnez et operatõnem. quia factio eſt proprie artium mechanicaꝝ ⁊ artificialium. Actio autem eſt potentiarum et ſubiectoꝝ naturalium ⁊ artiũ materiam ad vſum ſolum aſſumentium Operatio vltra hoc eſt actuum formalium. quoꝝ proprie non eſt factio nec actio. aliquando tamen vſus loquentium accipit vnum pro alio. et tunc ſumuntur equiuoce. ſicut qui diceret ꝙ pictor faceret parietem album. ⁊ albedo facit parietem album. quia ibi facere equiuoce ſumitur Pictor enĩ facit parietem album effectiue. ⁊ hoc eſt facere proprie. albedo autem facit parietem album formaliter et hoc eſt facere improprie. quia hoc nihil aliud eſt q̄ꝫ parietez habere actũ albedinis. vel actu habere ipſam albedinem. vel eſſe in actu albedinis. quod eſt albere. que omnia idem ſunt realiter.

¶ Quid eſt operatio manens et tranſiens.

Secundo videndum eſt quid ſit operatio manens ⁊ tranſiens. Ad quod dicendum ꝙ cõmunis poſitio eſt hec ꝙ operatio manens ⁊ tranſiens ſic ſumuntur. quia operatio manens eſt que manet in operante. ita ꝙ non tranſeat in exteriorem materiã. ſicut intelligere. velle lucere. ⁊ huiuſmodi. Sed operatõ tranſiens eſt illa que ab operãte trãſit in exteriorem materiam in qua ſuſcipiatur. ſicut calefacere eſt tranſiens quia tranſit in materiam ligni. ⁊ illuminare et domificare. Unde breuiter dōm ꝙ om̄is actio que ab agente recipitur in aliqua materia

inquantum actio tranſit dʳ⁊ tranſiēs.
Quāuis ergo hec ſint dicta ꝯmunia
tñ vt adhuc fiat amplius manifeſtū
attendendū eſt aliqͦd ſpeciale iuxta q̄
rundā doctoꝝ ſubtiliū ſentētiā. Ubi
ſciendū ſm eos ꝙ operatio manens
eſt pura receptio actus in ſubiecto ⁊
nō ē aliq̄d agere effectiue. ſꝫ eſt vel re
cipere puꝝ q̄ꝫtū ad ṗncipiū materia-
le. vel q̄ꝫtū ad ṗncipiū formale eſt fa-
cere formaliter tale ꝙ nihil eſt aliud
q̄ꝫ eſſe in actu formali ip̄ius forme.
Hoc aūt qͦd dico ꝙ opatio manens
nō ē aliquid agere effectiue. intelligo
ſuꝑpoſito h̄ qͦd multū videt̄ rōnabile
ſcꝫ ꝙ nihil vnū ⁊ idē ſit actiuū ⁊ paſ-
ſiuū reſpectu eiuſdē. q̄ꝛ ſi aliq̄d ꝑ acci
dens poſſet eſſe productiuū alicuius
actus ⁊ ſuſceptiuū eiuſdē ſm idem.
tunc opatio illa manens eſſet aliqͦd
ꝓducere effectiue. ſicut aliq̄ ponunt
de intellectu ⁊ actu ſuo. Ad hec ergo
oſtendēda ṗmitto ꝙ oīs opatio ē ali
cuius. Hoc aūt qͦd dico alicuius ē ca
ſus genitiui ⁊ īportat habitudinem
cauſe ſeu ṗncipij. Sūt āt q̄ttuor cau
ſe ſcꝫ efficiens ⁊ finalis q̄ ſunt extrin-
ſece effectiui. ⁊ formalis ⁊ materialis
q̄ in cōpoſitis ex materia ⁊ forma in-
trinſece ſunt ⁊ de eſſentia rei nō āt in
alijs. Quāuis igit̄ oībꝫ talibꝫ attri-
buat̄ opatio. cauſe tñ finali non attri
buit̄ alia cauſalitas a cauſante agen-
tis ꝓ eo ꝙ eiꝰ amore agens agit. ⁊ in
hoc ꝯſiſtit cauſalitas eius. Attribui
tur ergo opatio agenti ⁊ forme ⁊ ma
terie ⁊ ē opatio cuiuſlibet. ſꝫ ē mate-
rie ſub habitudine ṗncipij materiaľ.
Uñ opatio ē ip̄ius ṗncipij materiaľ
ſicut ſuſceptiui. q̄ꝛ eius ē recipe actio
nem ⁊ ꝑfectōem. Eſt aūt forme ſicut
ṗncipij qͦd facit formaľr tale qͦd nihil
ē aliud q̄ꝫ dare actū formalē formaľr
Principij aūt effectiui eſt tāq̄ꝫ eiꝰ qͦd
facit tale effectiue. ſicut lucere in lu-
na ē opatio effectiue. ⁊ ſicut cauſe effi
cientis ip̄ius ſolis q̄ cauſat lucē ī lu-
na. Eſt etiā lucere ip̄ius lune tāq̄ꝫ ṗn
cipij materialis ⁊ ſuſceptiui. q̄ꝛ ip̄ ſuꝫ
lumen ſuſcipit. Et ē etiā lucere opa-
tio ip̄ius lucis tanq̄ꝫ ṗncipij formaľ
cuiꝰ ē dare actū formalē formaľr. Ex
q̄bꝫ pꝫ ꝙ opatio ē cuiuſlibet ṗncipij
et materialis ⁊ formalis ⁊ efficientis
ſꝫ ſub diuerſa habitudine. His ſup-
poſitis videtur mihi ſaluo ſꝑ iudicio
meliori. ꝙ opatio ṗncipij effectiui ſꝑ
ē tranſiens ꝑ ſe loquēdo. q̄ꝫuis ꝑ acci
dens poſſit eſſe manēs. vt ſi aliq̄s fa-
ceret actū in ſeip̄o. ita ꝙ idē ſm ideꝫ
eēt agens ⁊ patiens ſi hoc eſſet poſſi
bile. Qꝫ aūt opatio ṗncipij paſſiui
ſit manens pꝫ ſatis ex ſe. ſicut lucere
manet in lucēte. q̄ꝛ ſolū paſſiui eſt reci
pere ⁊ nō extra emittere inq̄ꝫtū eſſet
illius paſſiui. Qꝫ etiā opatio ṗnci-
pij formalis ſit manēs patꝫ. Nā opa
tio ṗncipij formalis nō eſt aliud q̄ꝫ
eſſe formā q̄ aliq̄d ē tale formaľr nec
differt ab ip̄a forma niſi in voce ſcan
te. Ipſa eñ forma vt ſumit̄ ſub habi
tudine ṗncipij formalis ſcat̄ noīalit̄.
Et vt ſumit̄ ſub habitudie opatōis
ſcat̄ v̄baliter. ⁊ ſic formaľ opatio for
me q̄ ē lux eſt lucere. ⁊ albedinis ē al-
bere. ⁊ caloris calere. Et patꝫ ꝙ hec
oīa manēt ſicut lux in lucente. albedo
in albedine. calor in caleſcēte. Eſt tñ
ſciendū ꝙ aliter ē manens opatio ṗn
cipij paſſiui. ⁊ aliter ṗncipij formalis
que dupliciter differunt. Primo. q̄a
ip̄a opatio ṗncipij paſſiui que eſt eiꝰ
nō actiue. ſed ſuſceptiue eſt in ip̄o ṗn
cipio ſicut in ſubiecto. ⁊ ſicut ſuꝑad-
dita perfectio realiter differēs ab eo.
ſicut lucere ſolis vel lune differt a ſo
le et luna que ſunt ſuſceptiua lucis.
Operatio vero principij formalis
manens que eſt eſſe reale formaliter
non eſt in ip̄ſo principio formali ſi-
cut in ſubiecto. nec eſt aliq̄d additū
ip̄i forme realʳ ab ea diuerſum ſꝫ ē in

materiali ꝑncipio ſicut in ſubiecto
eo mō quo etiā ipa forma. Vñ luce
re.calere.albere nō dr̄nt a luce calo-
re ⁊ albedine.nec lucere eſt in luce ſi
cut ĩ ſubiecto ſed in lucēte. ⁊ idē eſt
in alijs. Sed ſcđo dr̄nt.quia oꝑatio
ꝑncipij paſſiui ē recipe actū ab alio
ſicut a cauſa efficiēte reducēte ipm
de potētia ad actū. Oꝑatio aūt ꝑn
cipij formalis abſolute accipiēdo ꝓ
eo qđ eſt eē formaliter.tale nō ipor-
tat eſſe ab alio ſicut a cauſa efficiēte
Vñ lucere ĩ luna q̄uis habeat cau
ſam effectiuā ſcꝫ ipm ſolē ꝓut eſt
oꝑatio lucis nō eſt a lucēte effectiue
Qꝫ aūt oꝑatio ꝑncipij effectiue per
ſe loquēdo ſit trāſiens ⁊ nō manēs
ptꝫ ꝙ illa oꝑatio đr trāſiens ⁊ non
manēs:q̄ reſpicit illud a quo eſt rea
lis oꝑatio vt eius a q̊ eſt ⁊ nō vt eiꝰ
in q̊ eſt. Sed oꝑatio ꝑncipij effecti-
ui eſt hmōi.q2 eſt eius cuiꝰ eſt vt a q̊
eſt. ⁊ nō eſt eius vt in q̊ eſt niſi ꝑ ac-
cidēs:ſi forte poſſent ꝯcurrere in idē
ꝑncipiū actiuū vel paſſiuū qđ mul-
ti reputāt impoſſibile. Et ꝯfirmat̃
hoc ꝙ oꝑatio actiui ꝑncipij ſꝑ ſaltē
ꝑ ſe ſit trāſiens.q2 q̊nto metaph̄. đr
ꝙ potētia actiua eſt ꝑncipiū trāſmu
tādi aliud inquantū aliud.vñ talis
actio tranſiens ſꝑ eſt in alio ſimplr̄
Si aūt eſt in eodē hoc erit ꝑ aliquā
drn̄am paſſiui ab actiuo quecūqꝫ ſit
illa. Ex dictis ꝯcludo ꝙ ſubtilit̃ in
tuēti ptꝫ ex dictis ꝙ oꝑatio reſpicit
ꝑncipia ſua ſub diuerſa habitudine
q2 oꝑatio reſpicit ꝑncipiū paſſiuuꝫ
vt in q̊ eſt.formale vt qđ eſt. efficiēs
vt a quo eſt. Scđo ꝯcludo ꝙ hec di
ſtinctio p̄t ſtare cū dictis cōibus.q2
nō videt̃ hr̄e diuerſitatē niſi quantū
ad ꝑncipiū effectiuū. de q̊ pꝫ ꝙ ſi lo
q̊mur ꝑ ſe cū nō ſit idē agens ⁊ pati
ens ſꝑ oꝑatio erit trāſieus. ⁊ ſic in-
telligere nullo mō eſſꝫ actio realis
niſi ſolū grāmaticaliter.ſicut luce-
re reſpectu lucis.ſed ſolū intellectio
eſſet actus intellectꝰ vel intellectio
nis receptus intellectu cauſatꝰ effe
ctiue ab obiecto. ⁊ ſic eēt intelligere
actio manens ⁊ ꝑ modū ꝑncipij for
malis ⁊ materialis qđ multi ponūt
Si aūt ꝯtingat ꝙ ꝑ accn̄s ſit aliq̊d
idē agens ⁊ patiēs ſicut q̊daꝫ dicūt
ꝙ intellectꝰ eſt ꝓductiuus ſue intel
lectōis ⁊ receptiuus ſicut actio agē
tis in tali oꝑatōe erit manēs. q2 nō
trāſit in alterū ſubiectū. ⁊ erit eius
vt a quo ⁊ vt in quo. Et ſic intelle-
ctio erit oꝑatio manēs tā reſpectu
ꝑncipij actiui q̄ꝫ formalis ⁊ paſſiui.
Et idē dico de videre ⁊ ſiĺibus.nō
tn̄ determino plus ꝓ nūc an intelli-
gere ⁊ videre ſint actio ſolū grāma
ticaliter:ita ꝙ ſolū ſit actꝰ obiecto-
rū ⁊ nō actiones potētiarū. vel ſint
etiā potētie actiue ⁊ ita ſint potētia
rum actiones.

## ¶ In quo ꝯueniunt ⁊ in quo differunt operatio manens et tranſiens Cap. CXCIIII

Tertio vidēdū eſt ꝯcludēdo
breuiter in q̊ ꝯueniūt et in q̊
drn̄t oꝑatio manēs ⁊ tranſi-
ens. Et dicenduꝫ ꝙ cōiter ponit̃ ꝙ
ꝯueniūt in hoc ꝙ vtraqꝫ p̄t dici ope
ratio tā trāſiens q̄ꝫ manēs. q2 nomē
oꝑationis eſt vtriqꝫ cōe. Differunt
aūt in trib9. Primo q2 ſi velimus ꝓ
prie loq̊ oīs oꝑatio trāſiens đr oꝑa
tio:⁊ vltra h̊ actio vel factio. Actio
quidē reſpectu agētis cuius actōis
ꝑncipiū eſt potētia actiua naturalis
cuiꝰ actus in alio recipit̃ ab agēte. ⁊
ſi nō alio vt ſuppoſito in alio.tn̄ vt ĩ
ſubiecto Et itē cuius ꝑncipium eſt
ars vel ſcīa actiua que aſſumit ma-
teriā exteriorē in quā trāſit ſolū ad
vſum Factio aūt reſpectu agētis ar
tificialis:cuius ꝑncipiū in agēdo eſt
ars mechanica. ⁊ trāſit in materiā

exterioꝛē artificialiū. Opatio autē immanēs ſi ꝓprie loq̄ volum⁹ nō dꝛ actio neqꝫ factio: maxime ſi opatio immanens ſit ſolū illa q̄ eſt opatio ꝑncipij paſſiui ⁊ formalis ⁊ nō effectiui. Si aūt poſſet dici opatio manēs aliq̄ modo ꝑncipij actiui: tunc poſſet dici actio licꝫ nō factio. q̄cq̄d tū ſit de hoc large loquēdo opationē immanentē vſus loquētiū vocat actionē. ſꝫ hoc eſt valde larga acceptiōe. Scōo differūt opatio manēs et trāſiens. qꝛ opatio manēs eſt ꝑfectio opantis. vt lucere eſt ꝑfectio lucētis ⁊ hmōi. ſed opatio trāſiens ē ꝑfectio operati. ſicut edificare eſt ꝑfectio edificij. ⁊ ſic de alijs Hec aūt differētia ſi applicet̄ ad predicta ꝑt patere. Si eñ accipiamus opationē manentē eſſe ꝑncipij paſſiui. quia ōis eius opatio q̄ eſt eius ſolū vt ſuſceptiui eſt ꝑfectio eius ⁊ nō alteri⁹ ſuſceptiui. cū nullū accñs ſit in duobus ſubiectis vt patꝫ. qꝛ illa opatio q̄ eſt ꝑncipij paſſiui eſt ipius operātis iſto mō ⁊ nullius alteri⁹. Si āt accipiamus opationē ꝑncipij formalis modo ꝓus declarato ptꝫ ꝙ etiā eſt eius ꝑfectio: non quidē ſupaddita vt ꝓus dictū eſt ſed eius qd̄ facit tale formalit̄. Si aūt ponam⁹ opationē principij efficiētis ſꝫ trāſeuntem: ſic nō eſſet ꝑfectio opantis aliqua vt in quo. ſed vt a q̄. Sed ſi ponat̄ ꝙ aliqd̄ agēs eſt ꝑncipiū operatōis vt a quo ꝑ modū agentis. ⁊ vt in quo ꝑ modū ſuſcipiētis ſit̄ ſic ꝙ nō trāſeat in aliū ſubiectū. ſic talis opatio erit ꝑfectio opantis et vt in quo ē opatio ſubiectiue ⁊ vt a quo eſt effectiue. Tertio drn̄t in hoc ꝙ nulla opatio manēs cōſtituit aliqd̄ operatū ꝑter opationem. vt videre intelligere lucere ⁊ hmōi. Sed opatio in exterioꝛē materiā trāſiens eſt duplex. Quādoqꝫ eñ aliqs exteriorem materiā aſſumit ſolūꝫ in vſum ſicut equū ad equitandū. ⁊ cytharā ad cytharizādū. Quādoqꝫ aūt aſſumit̄ materia nō ſolū ad vſum: ſꝫ etiam vt immutet̄ ad aliquā formā. ſicut cū artifex facit lectū aut domū. igit̄ opatio trāſiens in qua materia ſolū in vſum aſſumit̄: nō habꝫ ex ſui natura ꝙ aliqd̄ aliud operatū manēs ꝑ ſe ⁊ directe ꝯſtituat̄ ſicut nec opatio manēs. ⁊ ſic in vtraqꝫ operatōe tam manēte ꝙ̄ trāſeūte: illo mō opationes ſit̄ fines Sed in iſta opatione trāſeunte in qua aſſumit̄ materia vt trāſmutet̄ ad formā preter operatiōem cōſtituit̄ aliquod opatum. ⁊ illud preter opationem eſt finis ſicut domus vel lectus

## ¶ De ꝑdicamento paſſionis quid eſt. Cap. CXCV.

ſermo Ponit aūt eſſe q̄nqꝫ de ratōne
mot⁹ in ṗncipio. v. phicoꝝ q̄ reqrun
tur ad motū Primo reqrit̄ mouens
a q̄ ē ṗncipiū motus Scḋo reqritur
mobile qḋ mouet̄ Tercio tp̄s in q̄ ē
motus Quarto termin⁹ a q̄ incipit
motus Quinto termin⁹ ad quē ter
minat̄ mot⁹. Omē em̄ qḋ mouet̄ ab
aliquo mouet̄ q̄ntū ad ṗmā ꝯditōem
et ipm ē qḋ mouet̄ q̄ntū ad ſcḋam. et
in aliq̄ tpe q̄ntū ad terciā. ꝛ a q̄dā in
qḋdā mouet̄. q̄ntū ad quartā ꝛ quin
tam. Ex his ergo patꝫ hoꝝ ṗma ac-
ceptio ꝛ diſtinctio

¶ De toto ꝛ parte.
Capitulum. CCXLVI

Modo dicēdū ē de his noibꝫ
totū ꝛ ꝑs. Et ṗmo q̄t ſunt
modi toti⁹ ꝛ totalitatꝫ Se-
cūdo quō ſe hn̄t ad inuicē in ꝯuenien-
tia ꝛ dr̄ia Tercio in qbꝫ inuenit̄ q̄li-
bet illaꝝ totalitatū ꝛ in quo nō

¶ Quot ſtꝫ modi toti⁹ ꝛ totalitatis

Quantū ad ṗmū dicendū ē qḋ ē
ſextuplex totalitas ſm qḋ ē totū
in ſextuplici dr̄ia Eſt em̄ qḋdā totū
eſſentiale. qḋdā totū itegrale. qḋdā
totū ꝑfectionale. vt ita loq̄ liceat. qḋ-
dā totū poteſtatiuū ſiue potētionale
qḋdā totū vlē. ꝛ qḋdā totū nūerale.
Totū eſſentiale ē qḋ ꝯtinet plura re
aliter ꝯſtituētia vnā eēntiā ꝑ modū
actus ſicut eſt cōpoſitū ex materia ꝛ
forma. vt hō. Totū ṽo integrale eſt
qḋ ꝯtinet plā ꝯſtituentia ipm realr
nō ꝑ modū act⁹ ꝛ potētie. ſꝫ ꝑ modū
ꝯtinuatōis. vt in toto ꝯtinuo. vt in
ligno vel ꝑ modū ꝯtiguatōis vl' col-
ligatōnis. vt in domo arca vel lecto.
Totū aūt ꝑfectionale ſiue totalitas
ꝑfectōis attēdit̄ ſm cōplementū ꝑfe
ctionis ſube īdiuidualis. nō em̄ hꝫ
ꝑtes realr diuerſas ſubſtantiales. ꝛ
ſic dicimus. tot⁹ deus. totus angel⁹
tot⁹ punct⁹ Totū āt potētionale ſi-
ue poteſtatiuū ē illud qḋ hꝫ diuerſas
potētias realr diuerſas a ſua ſuba q̄
ſunt ṗncipia oꝑatōis. ſicut aīa hꝫ di-
uerſas potētias vt viſiuā auditiuā ꝛc̄
Totū aūt vlē ē qḋ ꝯtinet plēs ꝑtes
ſubiectiuas ſub ſe actu vel aptitudie
de qbꝫ p̄dicat̄. ꝛ iſta nō ꝯſtituūt illud
totū ſicut vnū ſm rē. ſꝫ ſolū ſm rōeꝫ
et ſic totū vlē ē gen⁹. vt aīal. vel ſpēs
vt hō ꝛ hmōi. Totū ṽo nūerale nō
ē aliud q̄ꝫ numer⁹ cōphendēs plura
litatē aliq̄ꝝ nūeratoꝝ. ſicut duode-
nari⁹ dꝛ numeꝝ. xij. apl'oꝝ Hoc aūt
totū nō ita ꝓprie hꝫ rōem totius. vt

alia Cuius rō ē. qꝛ totū ꝯphēdit plu
ra vt aliq̄ mō ſunt vnicum vel vnica.
numerꝰ āt dr̄ plura nō vt vnū. ꝛ itē
numerꝰ verificatᷣ de illis q̄ nō videntᷣ
habere aliquā vnitatē Sic ḡ patꝫ ꝙ
ſex ſunt modi totalitatꝫ. qꝛ ꝓo om̄e
totū ē ex ꝑtibꝯ vel rei vel rōnis. quot
modis dr̄ totū tot modis dicuntur
ꝑtes illi toti correſpōdētes Toti em̄
eſſentiali reſpōdent ꝑtes eſſentiales,
vt forma ꝛ materia. Toti integrali
ꝑtes q̄ntitatiue. Toti ꝑfectionali ꝑ-
tes rōnis Toti potētionali ꝑtes vir
tuales. q̄ ſunt ipe potētie. Toti vl̄i ꝑ
tes ſubiectiue. Toti numerali ꝑtes
numeri cōprehendentes ꝑtes nume
ratas totius diſcreti

¶ Quō dicte totalitates ſe hn̄t
ad inuicē Caplm̄. CCLVII

Secundo videndū ē quō he
totalitates ſe hn̄t ad iuicē. ꝛ
dōm ꝙ oīa tota ꝯueniunt in
noīe ꝛ rōe totius. quā ponit phs. v.
metaph. dicēs ꝙ totū ē cui nulla par
tiū ſuaꝝ deeſt. ꝛ ꝯtinet oēs. Diffe-
runt āt. qꝛ totalitas ꝑfectōis differt
ab oībꝯ alijs in hoc ꝙ qd̄libet totum
hꝫ ꝑtes realr̄ differētes Totū āt ꝑfe
ctionale hꝫ ꝑtes ſola rōne differētes
Aliqn̄ āt realr̄ vt in toto integrali. ꝛ
iō hoc videtᷣ eē cōe ad oīa tota. vnde
qd̄libet totū in ſua natura ē totū ꝑfe-
ctionale qd̄ nō ē aliquod illoꝝ q̄nqꝫ.
Iſta aūt q̄nqꝫ drn̄t. qꝛ totū vl̄e ē de
eſſentia cuiuſlibet ꝑtis ꝛ p̄dicatᷣ de q̄
libet ꝑte ſua ſubiectia. vt aīal de hoīe
et alijs ſpēbꝯ ꝛ indiuiduis ſub eo cō-
tentis. ſꝫ nullū illoꝝ totoꝝ ē de eſſen-
tia cuiuſlibet ꝑtis. nec p̄dicatᷣ de aliq̄
ꝑtiū ſuaꝝ. vt pꝫ diſcurrēdo ꝑ ſingula
Quantū ad totū itegrale male dice-
retᷣ. paries ē domꝰ. ꝛ ita in alijs To-
tum ꝓo eēntiale ꝛ nūerale drn̄t a to
to integrali ꝛ poteſtatio. qꝛ q̄libet ꝑs
totiꝰ eēntialis ꝛ nūeralᷣ ē de eſſentia
illiꝰ totius. ſꝫ nō q̄libet ꝑs totiꝰ inte
gralis vel poteſtatiui Nō em̄ poten-
tia viſiua ē de eēntia aīe. vel lapis de
eſſentia domꝰ Totū āt eſſentiale dif
fert a toto nūerali. qꝛ in toto eſſentia
li accipitᷣ aliq̄ ꝑs vt actus alteriꝰ. ſcꝫ
forma ꝛ aliq̄ vt potētia. ſ. materia. ſꝫ
in toto numerali vna ꝑs non ē forma
alterius q̄ ſit eiꝰ potētia Totū āt in-
tegrale differt a toto poteſtatiuo. q̄a
totū integrale dr̄ ſm̄ q̄ntitatē molis
et materie. totum āt poteſtatiuū ſm̄
q̄ntitatem ꝟtutis ꝛ efficacie. Et ita
pꝫ drn̄a iſtoꝝ totalitatū ꝛ ꝯueniētia

¶ In q̄bus p̄dicte totalita-
tes inueniantur ꝛ in quibꝯ non
Caplm̄ CCLVIII

Tercio videndū ē in q̄ iueni
antᷣ hmōi totalitates ꝛ i q̄ nō
Et dōm ꝙ totū eēntiale iuenitᷣ in oī
ente in q̄ ē cōpoſitio forme ꝛ materie
vt in oībꝯ corporibꝯ ꝛ nō in aliq̄ ente
ſimplici. ꝛ iō nō ē in deo nec in ange-
lo nec in aīali rōnali. nec ī formis ſim
plicibꝯ q̄buſcūqꝫ. vt in accidentibus
Totū aūt ꝑfectionale ē in deo. ange
lis ꝛ q̄buſcūqꝫ hn̄tibꝯ ꝑfectiōem ſm̄
naturā ſibi determinatā Et iō ꝯue-
nit deo ꝛ creature ſubē ꝛ accn̄ti. To-
tum āt itegrale nō ē in deo vel in an-
gelis vel formis ſimplicibꝯ. ſꝫ ē in ha
bētibꝯ q̄ntitatē molis ſolū Totū aūt
vl̄e nō ē ꝓprie in deo. licꝫ ibi ſit cōe et
ſpēale. ſꝫ eē totū vl̄e ꝯuenit ſubē ꝛ ac
cidenti nō ſm̄ eē reale qd̄ hꝫ in re ex-
tra. ſꝫ ſm̄ eē qd̄ hꝫ in aīa Totū āt po
teſtatiuū ꝓprie ꝯuenit ſolū hn̄ti diuer
ſas potētias diſtīctas ꝛ diuerſas ſm̄
rē Et iō deo nō ꝯuenit ꝓprie ſꝫ ange
lis ꝛ hoībꝯ. ꝛ generalr̄ oībꝯ viuētibꝯ ꝛ
cuicūqꝫ hn̄ti diuerſitatē potentiarūꝫ
Totū āt nūerale accipiēdo numerūꝫ
ꝓ numero ſiue multitudine. q̄ ꝯpo-
nitᷣ vni de tranſcēdentibꝯ. ē in oībus
entibꝯ diſtinctis. ꝛ iō talis totalitas
p̄t cōpetere diuinis ꝑſonis angel. ſub

ſtātijs oīb⁹ generalr̄ ⁊ accidētib⁹ Accipiendo āt numerꝫ ꝓ multitudine q̄ opponit᷑ vni qđ ē pncipiū numeri. ſic tale totum numerale nō cōpetit non hn̄tib⁹ q̄titatē Eſt āt inter doctores queſtio ſatis difficil᷑ quō totū differt a partibus. de qua nihil ad p̄ſens de termino. cum ſit extra propoſitū intentum. ſed hec de toto ⁊ partibus dicta ſufficiant.

## ¶ De ſuſceptōe magis ⁊ minus. Capl'm. CCLIX

Quantū aūt ad magis ⁊ minus videnda ſunt quattuor Cū eīn forme q̄ magis ⁊ minus ſuſcipiūt augeri dicant᷑. Primo videndū ē q̄bus formis ⁊ q̄liter augmentū ꝯuenit Scđo ꝑ hoc oſtēdit᷑ dr̄ia inter magis ⁊ minꝰ ⁊ inter intēſum ⁊ remiſſuꝫ ex vna ꝑte. ⁊ extēſum et nō extēſuꝫ ex altera Tercio oſtēdetur q̄b⁹ formis magꝭ ⁊ minꝰ intēdi et remitti ꝯueniat. Quarto oſtēdet᷑ ſm q̄d ꝯueniat intēdi ⁊ remitti illis q̄b⁹ ꝯuenit. Quinto remouebuntur duo dubia circa p̄dicta.

## ¶ Quid ſit augeri ⁊ q̄b⁹ ꝯueniat

Quantū ad p̄mū ſciendū ꝙ forme q̄ magis ⁊ minꝰ ſuſcipiunt augeri dicunt᷑. iō videndū ē quō augmentū varie diuerſis ꝯueniat Sciendū āt ꝙ augeri nihil aliud ē q̄ꝫ ſumere maiorē q̄titatē. vn̄ ſm qđ aliq̄d ſe hꝫ ad quātitatē. ita ſe hꝫ ad augmentū. vn̄ dictū ē ſupra ꝙ augmentum eſt p̄exiſtēti quātitati additamētum. Eſt āt duplex quantitas. vna dimēſiua q̄ ē q̄titas molis ⁊ corꝑalis Alia ꝟtutis ſeu ꝟtual᷑. ⁊ hec q̄titas ex ſuo gn̄e nō ē q̄titas nec diuiditur diuiſione ſue eēntie ſicut q̄titas dimēſiua. ſꝫ magnitudo eius attēdit᷑ ſm aliq̄d extra diuiſibile vel multiplicabile qđ ē obiectū actus ꝟtutis. et ex gn̄e ſuo ē forma accn̄talis in genere q̄litatis vel forma ſubālis. Augmētū igit᷑ reſpicit quātitatē dimēſiuam ⁊ quātitatē ꝟtutis. Sꝫ augmētum quātitatis ꝟtualis nec reſpicit nec ꝑtinet ad ſpēm motꝰ q̄ augmētū dr̄. ſꝫ magis ad ſpēm q̄ dr̄ alteratio. ⁊ hoc mō auget᷑ albedo ⁊ alie q̄litates Quātitas āt molis ⁊ dimēſiua ē q̄rundā ꝑ accn̄s ⁊ q̄rundā ꝑ ſe Per accidens q̄dē ſicut albedinis q̄ fundat᷑ in q̄titate. q2 in p̄dicamētis dr̄. q̄ta fuerit ſuꝑficies tantā albedinē eē dicis. ⁊ iō etiā iſtis augmētū ꝓut ē ſpecies motꝰ diuiſa ꝯtra alteratōem nō ꝯuenit niſi ꝑ accn̄s. q̄titas āt dimēſiua ⁊ molis ꝑ ſe īuenit᷑ in oīb⁹ corꝑib⁹ q̄ ꝑ ſe augent᷑. Per ſe āt auget᷑ aliq̄d dupl'r. aliq̄n eīn illud qđ aſſumit maiorē q̄titatē mouet᷑ de quātitate minori in maiorē. Aliq̄n aūt hoc eſt ſine motu illius qđ augeri dr̄. vn̄ nō q̄libet ꝑs eius auget᷑ ſicut q̄libet ꝑs mobilis ꝑ ſe mouet᷑. hoc aūt ꝯtingit q̄n efficit᷑ maior quātitas ꝑ additōnem alterius extranee quātitatis. ſicut q̄n addit᷑ lignū ligno. lapides aceruo et hmōi Et hoc q̄dē augmentū ē in talib⁹. ſed nō motus augmenti. Quando aūt aliq̄ mouet᷑ de minori quātitate ad maiorē p̄t dupl'r ꝯtingere Vel ita ꝙ quantitas ſit terminus motus Vel ita ꝙ ſequat᷑ terminum motus Quando igitur quātitas ꝑ ſe eſt totus motus. oportet ꝙ ibi ſit additio quātitatis ad totum ⁊ ad quamlibet partem. vt totum augeatur ⁊ quelibet pars totius ſicut fit in animalib⁹ et in plantis. ⁊ in talibus proprie eſt motus augmenti Unde motus non eſt niſi in habentibus potētiam intellectiuam. que ſunt viuentia. Conſequitur autem quantitas terminum motus quando motus eſt ad aliquam formam quam determinata q̄litas conſequitur. cuilibet autem forme debet᷑ q̄titas determiata. Et q̄a

mot⁹ nō ſpecificaṫ niſi ab illo qđ ꝑ ſe ē termin⁹ mot⁹. iō talis mot⁹ nō đr ꝑ ſe mot⁹ augmēti. ſed vel generatio ſi ſit forma ſubalis. ſicut qñ ex aere generaṫ ignis. vel alteratio qñ ē forma accñtalis. ſicut pꝫ in rarefactōe aerꝭ Sic ģ pꝫ aliq̄liter quō ꝛ q̄liter diuerſa diuerſimode augeri dicunṫ

## ¶ Triplex dr̄ña inter magis et min⁹ ꝛ mai⁹ ꝛ min⁹. CCLX

Ex his pꝫ ſcđm ꝙ ē dr̄ña iter magis ꝛ min⁹. ꝛ mai⁹ ꝛ minus. q̄ ē triplex Prima ē. qꝛ ꝓprie loquēdo maius ꝛ min⁹ ꝯuenit ꝑ ſe q̄ntitati dimēſiue. nō āt q̄ntitati ꝟtuali vel alicui q̄litati niſi ꝑ accñs. Magis aūt ꝛ minus nō ꝯuenit niſi q̄ntitati ꝟtuali ꝛ q̄litatib₉. Vñ dicimus lapidē maiorē vel minorē q̄ hꝫ plus vel minus de quātitate molis et nō ex hoc dicim⁹ magis vel min⁹ lapis. Scđo differunt. qꝛ habere ſe nūc alr̄ q̄ ṗus ſꝫm magis vel minus vocaṫ alteratō. ſꝫ habere ſe alr̄ ſꝫm ma ius vocaṫ augmentū. ſꝫm min⁹ āt vocaṫ decrementū vel diminutio. Vñ qñ rē dicim⁹ augeri ſꝫm q̄ntitatē ꝛ augeri ſꝫm q̄litatē. vel ipam q̄litatē aut q̄ntitatē augeri. equoce augmētū ſumiṫ ſicut ꝛ q̄ntitas. Tercio dr̄ñt. qꝛ ſe alr̄ hr̄e in plus ſꝫm q̄litatē vl' q̄ntitatē molis ē ipam q̄litatē vl' q̄ntitatē eſſe plus extēſam. ꝛ in minus eſt eſſe minus extenſam. Habere aūt ſe aliter ſꝫm q̄litatē ꝛ q̄ntitatē ꝟtutꝭ vel ipam etiā q̄litatē ē eē intenſam. in min⁹ aūt eē remiſſam Ex q̄ breuiter pꝫ ꝙ maius ꝛ min⁹ ꝑ ſe q̄ntitatem molis. magis āt ꝛ min⁹ quātitatē ꝟtutis ſiue q̄litates reſpiciūt. Itē variatio ſꝫm q̄litates ꝛ q̄ntitates ꝟtutis ſꝫm magis et min⁹ vocaṫ alteratio. ꝛ ad illā ſpeciem ꝑtinet talis mot⁹. variatio autē ſꝫm q̄ntitatē molis vocaṫ augmentū vel decrementū. Itē qꝛ extēſum eſſe plus vel min⁹ ad q̄ntitatē molis ꝑtinet. eē intenſum vel remiſſum ad q̄litatē vel q̄ntitatem virtutis.

## ¶ Quib₉ formis ꝯueniat ſuſcipere magꝭ ꝛ min⁹ CCLXI

Tercio vidēdū ē q̄b₉ formis ꝯueniat ſuſceptio magis et min⁹. Et dōm ꝙ nō oīb₉. qꝛ nō ſubalib₉. ſꝫ accidētalib₉. nec oībus accidētalib₉. qꝛ non q̄ntitati molis. vt pꝫ ex dictis. qꝛ illis nō cōpetit magis ꝛ min⁹. ſꝫ mai⁹ ꝛ min⁹. nec aliȷ̈s oīb₉. ſꝫ ſeꝑabilib₉ a ſuis ſubiectis ꝛ q̄ cōcernūt ſubiecta diuerſaꝝ ſpecierū ꝑ qđ excluduṇṫ forme ſubales ꝛ proprie paſſiones. Et hoc ꝓprie videtur illis q̄litatib₉ ꝯuenire q̄ hn̄t iſtas cōditōes. ſ. ꝙ ſint ſeꝑabiles ꝛ diuerſaꝝ ſpecieꝝ ſubiecta ꝯcernūt. Poteſt āt hoc tali rōe ꝑſuaderi. qꝛ nulla forma p̄t reꝑiri ī diuerſis gradib₉ niſi agēs eā ꝑducēs vel ſubiectū eā recipiens poſſit diuerſimode ſe hr̄e. Agēte em̄ vniformiṫ ſe habēte in ſe ꝛ ad paſſuꝫ et paſſo ſilr̄ vniformiṫ ſe hn̄te in ſe et ad agēs. neceſſe ē actōeꝫ eē vniforme et terminū actōis. Idem em̄ manēs idē reſpectu eiuſdē ſꝑ natum ē facere idē. ſꝫ reſpectu formaꝝ ſubaliū ꝛ accidentaliū que inſeꝑabilr̄ ꝯueniūt vni ſpēi tm̄. vt ſunt ꝓprie paſſiones. ꝛ ſubiectū ꝛ agēs recipiēs ſꝑ vniformiṫ ſe hn̄t. reſpectu aūt aliaꝝ formaꝝ accidentaliū q̄ ſunt ſeꝑabiles ꝛ ꝯcernūt ſubiecta diuerſaꝝ ſpecieꝝ pn̄t ſe hr̄e diuerſimode. ģ ꝛc̄. Poſſet ģ hec rō ꝑ ſingula declarari. ſꝫ ſuꝑponaṫ iſta. qꝛ hec declarari habent ṗmo ſententiarum. diſtinc. xvij.

## ¶ Scđm q̄d cōueniat ſuſcipe magis ꝛ minus formis ſuſcipientibus Caplm. CCLXII

Quarto vidēdū ē ſꝫm q̄d talibus formis ſuſcipe magꝭ ꝛ minus ꝯueniat. Ad h̄ dōm

ꝗ rō quare forma accidētalis ſuſcipit
magis ⁊ minus ē indeterminatō for
me ſpecifice i ſua eſſentia vt meliores
doctores tenēt Hec aūt indifferētia
vel indeterminatio tripl'r pōt ſumi
Uno mō vt forma accidētalis dicat
indifferēs.q2 pōt eſſe in diuerſis ſub
iectis differentibꝫ ſpē vt albedo in ni
ue ⁊ lapide.⁊ talis indifferētia vel in
determinatio nō facit ꝙ forma ſuſci
piat magis ⁊ minus pciſe Scdo pt
ſumi talis indifferētia q2 aliqua for
ma pt ineſſe ſubiecto ⁊ nō ineſſe.vt al
bedo parieti.⁊ talis indifferētia vl' in
determinatio.ineſt oī accidēti ſepabi
li.⁊ nec iſta pciſe facit ꝙ forma mag
⁊ minus ſuſcipiat Tertia indifferen
tia eſt ſm ꝙ eadē forma ē indifferens
vt plus vel minus inſit ſubiecto. vt
albedo ſorti. Quāuis aūt due prime
indifferētie ſint coadiuuātes vt ſaltē
ſimul ſint cū forma ſuſcipiēte magis ⁊
minus.tñ hec tertia indifferētia po
nit a doctoribꝫ melioribꝫ ratio ꝯpleti
ua quare forma ſuſcipiat magis ⁊ mi
nus Indifferētia aūt qlibet iſtaꝝ triū
reſpicit ipam formā.nō ſolū ſm eē for
me ſed ſm eſſe materie.⁊ iō forma ac
cidētalis nō ſolū ſm gradꝰ ineſt. ſed
ſm gradꝰ in eſſentia dr̄ ſuſcipe magis
⁊ minus ꝗꝫuis qdā doctores oppoſi
tū fuerint opinati. Hoc aūt ſic ꝓbat
ſicut ſeꝫ maius ⁊ minus extenſiue
ad quātitatē.ita magis ⁊ minꝰ intēſi
ue ad qualitatē.ſꝫ magis ⁊ minus ex
tēſiue attendit ſm eſſentiā ꝗntitatis
ꝗ quo ad hoc hꝫ gradus ⁊ latitudinē
in eſſentia Scdo ſic.ſicut idiuiſibilis
forme ē rō nō ſuſcipiēdi magis ⁊ mi
nus.ita diuiſibilis forme ſm gradus
eſt rō ſuſcipiēdi magis ⁊ minus.ſꝫ in
diuerſitas forme attēdit ſm eſſentiā
igit ⁊ diuiſibilitas forme ſm gradus
forme Tertio q2 oīs alteratō termi
nat ad formā ꝗ eſt in tertia ſpē ꝗlita
tis.vt pꝫ ex.vij.phiſi.ſꝫ vera alteratō
ē inter magis ⁊ minus in eadē ſpē.vt
pꝫ ex.v.eiuſdē.ergo alteratio ꝗ ē ſub
iectū magis ⁊ minus terminat ad ve
rā formā ꝗ ē de tertia ſpē ꝗlitatis Sꝫ
hoc nō pt eſſe niſi gradus intēſionis
⁊ remiſſiōis attēderet ſm ipam eſſen
tiā qualitatis.ꝗ in eis eſt talis latitu
do ⁊ varietas graduū ſm eſſentiā for
me Et ſic pꝫ ſm qd ꝯuenit formis ſu
ſcipere magis ⁊ minus.q2 rōne idiffe
rētie ⁊ indeterminatōis ⁊ latitudīs
ꝗ nō ſolū attēditur ſm eſſe forme ſed
etiā ſm eſſentiam

## ¶ Quare dicimus maior et minor albedo.et non magis et minus albedo Cap. CCCLXIII

QUinto remouēdū eſt qddaꝫ
dubiū Dictū ē em ꝙ magis
⁊ minus reſpiciūt qualitateꝫ
maius ⁊ minus ptinēt ad quātitatē
⁊ hoc nō videt.q2 ſicut bñ dr̄ maior
et minor lapis.ita maior ⁊ minor al
bedo ⁊ maior ⁊ minor ꝟtus Itē dictū
eſt ꝙ ꝗlitas ſuſcipit magis ⁊ minꝰ in
eſſentia.hoc nō videt .magis em pci
ſe attribuit eſſentie forme in abſtra
cto.eſſe aūt in ꝯcreto.vt cū dicēdo al
bedo ꝗꝫ cū dicendo albū.ſꝫ nō poſſu
mus dicere magis ⁊ minus albedo.⁊
dicimꝰ magis ⁊ minus albū Ad iſta
dicendū ꝙ ſicut ē duplex ꝗntitas.ſcilꝫ
molis ⁊ ꝟtutis.ita duplex ē magnitu
do.ſcꝫ molis ⁊ pfectōis ſiue virtutis.
Loquēdo ꝗ de magnitudine pfectō
nis ſm quā idē eſt eē maiꝰ qꝺ meliꝰ
talis magnitudo ꝯuenit formis ſuſci
pientibꝫ magis ⁊ minus.⁊ ſm talem
maioritatē ꝯuenit eidē albedini ꝙ ſit
maior pfectōne cū eſt intēſa ꝗꝫ cū ē re
miſſa.ſꝫ nō ita ſit ꝯſuetū vti vocabu
lo maioritatis in magnitudine pfecti
onis ſicut in magnitudie molis Unā
albedo intēſa maior ē ſeipa remiſſa.⁊
ecōuerſo remiſſa minor ē ſeipa intēſa
Sꝫ hic maioritas vl' minoritas attē

dicit ſm magnitudinē ꝑfectōis. vñ qñ
dicimus maius ⁊ min⁹ ꝑtinet ad q̄ꝫ/
titatē molis Magis autē ⁊ minus
dicimus de magnitudine ꝑfectōnis
interdū ecōuerſo ē. vñ etiā maius ⁊
minus ſm magnitudinē ꝑfectōis cō
uenit aliq̄b⁹ in q̄b⁹ illud maius ⁊ mi/
nus ē idē qđ magis ⁊ minus Sꝫ tūc
remanet ſcđm dubiū. quare nō dr̄ ſm
h̄ magis ⁊ min⁹ albedo. cū dicat̄ ma/
ior ⁊ minor albedo. ⁊ q̄re dicimus ma
gis ⁊ minus albū. ⁊ nō maius ⁊ mi/
nus albū Attēdēdo ad ſolā maiorita
tē albedinis. dicēdū eſt q̄ hoc ē ꝓpter
modū ſignandi generalē. cū eñ aduer/
biū ſit adiectiū ꝟbi. determinat ipm
ꝟbū ⁊ ꝑficit ipm ⁊ ꝑticipiū ſilr̄ cū ali
qualiter ad ꝟbū appropinquat. ⁊ etiā
aliq̄ noīa q̄ ſignant ꝑ modū inherentie
Forme aūt in ꝯcreto ſignate ſignant̄ ꝑ
modū inherentie vt albū In abſtra/
cto aūt ꝑ modū ſubſtātie ⁊ ꝑ ſe ſtātꝭ
vt albedo. ⁊ talia in abſtracto ſumūt̄
ſubſtātiue Subſtātiuū aūt determi/
nat̄ ꝑ adiectiū. ⁊ q̄r magis ⁊ min⁹ ſtꝭ
aduerbia. determināt aliqđ ꝟbum ⁊
ꝑticipiū. ⁊ nomē ſignans ꝑ modū inhe
rētie. cū ſint taliū adiectiua. ideo cōi/
ter dr̄ ſortes magis vel min⁹. melius
vel pei⁹ currit. vel magis vel min⁹ vl̄
meli⁹ vel pei⁹ currēs. ⁊ ſor. ē magꝭ vl̄
minus alb⁹. ⁊ iſtud ē magis uel min⁹
albū. nō aūt ſortes ē magis vel min⁹
curſor. ⁊ magis vel minus albedo. q̄
ſignant ꝑ modū ſubſiſtētis ⁊ ſubſtātie
Adiectiuū aūt determinat ſubſtāti/
uū. ⁊ ideo bñ dr̄ melior currit ſortes
⁊ nō melius. ⁊ nec magis currit ſor/
tes. ⁊ maior vel minor albedo. ⁊ non
magis vel minus albedo. hoc aūt ē ex
modo ſignandi grāmaticali q̄ impedit
⁊ facit vt ſic vel ſic aliter vel aliter ſm
modū ſignandi diuerſum dictionū loq̄
cōgrue valeamus.

¶ De noībus ſecūdaꝝ intentionū. ⁊ p̄mo de q̄buſdā cōditionib⁹ ipſaꝝ. Ca. CCLXIIII

Poſtq̄ꝫ expediti ſumus de no
minib⁹ p̄me intētionis. acce/
dēdū eſt ad declarationē no/
minū ſiue vocabuloꝝ ſcđe intētionis
Circa qđ tria p̄mitto. Primū eſt q̄ ſi
cut ſcđa intētio fundatur in p̄ma. ita
vna ſcđa intētio fundat̄ ſuꝑ aliā ſecun
dā. ſicut hoc qđ dico ſpēs. qđ eſt ſcđa
intentio fundat̄ in hoc qđ dico hō qđ
eſt prima intētio. ita ſuꝑ hoc q̄ eſt eē
p̄dicabile de multis. qđ eſt ſcđa inten
tio. fundat̄ hec ſcđa intentio. ſcꝫ ſpēs
⁊ ſuꝑ ſpecie fundat̄ ſpēs ſubalterna ⁊
ſic de alijs q̄ ſcđe intētiones ſunt Se
cūdū qđ p̄mitto ē q̄ tam in noīb⁹ pri
me intētionis q̄ꝫ in oīb⁹ ſcđe intētōis
quedam dicunt̄ ſine ꝯplexione. vt hō
vel cū dico ſpēs. Quedā cū ꝯplexio/
ne. vt hō currit. vel homo eſt ſpēs. vl̄
ſpēs ē ſcđa intētio. ⁊ ita in alijs Ter/
tiū qđ p̄mitto eſt. q̄ ſicut inter noīa
primarū intentionū ſunt quedā vt p̄
us patuit q̄ trāſcēdūt ⁊ circūeunt oē
genus Et q̄dā q̄ equaliter inueniunt̄
in genere ſubſtātie ⁊ accidētis Et q̄/
dā q̄ ſolū cōueniūt vni generi Ita ⁊ in
ſcđis intentionib⁹ quedā ſunt cōmu/
nes oīb⁹ trāſcendētib⁹ ⁊ omnib⁹ decē
reꝝ generib⁹. ſicut hoc qđ dico p̄dica
bile ⁊ multa alia Quedā ſunt ſolum
cōes decē gen̄erib⁹ reꝝ. ſic hoc qđ di/
co genus ⁊ ſpēs ⁊ multa alia Quedā
ſunt ſpecialr̄ ꝑtinentes ad vnicū ge/
nus. vt h̄ qđ dico ſuppoſitū. qđ in gn̄e
ſubſtātie ſolū inuenit̄

¶ Ordo dicendorum Capitulum: CCLXV

His ſuppoſitis ordine debito
a priorib⁹ ⁊ cōmuniorib⁹ in/
choādo Primo dicet̄ de noī
bus ſcđaꝝ intētionū q̄ ꝯueniūt incō/
plexis Scđo de noīb⁹ ſcđaꝝ intētio/
nū q̄ ꝯueniūt cōplexis ſicut ē oratio

ꝯpoſitio ꝛc. Quantum aūt ad incom
plexa Primo videndū eſt de nomini
bus ſcdaꝝ intētionū q̄ circūeunt trā/
ſcendentia. vt decē reꝝ genera. ꝛ ſunt
omnibus cōmunia. Scdo dicendū ē
de illis noibus ſecundarū intentōnū
q̄ ſunt cōmunes decē rerū generibꝫ ꝛ
nō. vi. tranſcēdētibus Tertio de illis
q̄ cōueniūt ſingularibus generibus.
ita ꝙ vni generi ſolū. Dicēdo autem
de noibus ſecūde intētiōis eorū que
ſunt communes trāſcēdētibus. x. ge/
neribꝫ occurrūt talia ad pꝛeſens eſſe.
. xiiij. ꝛ ſunt hec Intētio. tranſcendēs
vniuerſale. abſtractū. ꝯcretum. predi
camētum. pꝛedicabile. pꝛedicatū. ſub
iectū ſubijcibile. vniuocū. equiuocū.
analogū. denominatiuum Incipiēdo
ergo ab omniū iſtoꝝ pꝛimo. ſcȝ ab in/
tētione dicēda ſunt quattuoꝛ Pꝛimo
quid impoꝛtaꝛ hoc noīe intētio Se/
cūdo quid ſit pꝛima ꝛ ſecūda intentō
Tertio quō ſe hn̄t ad iuicē. Quarto
quid ē intētionale

¶ Quid ē intētō. et quō ſe hȝ
ad itellectū ꝛ volūtatē. ꝛ vn̄ dꝛ
intētio Capl'm. CCCLXVI

Quantū ad pꝛimū quid ē in/
tētio ꝛ quibus ꝯueniat Sci
endū eſt ꝙ intētio impoꝛtat
tendentiam in alterum. vnde intētio
dicitur quaſi in alterum tētio. Et qꝛ
tam intellectus q̄ȝ volūtas tēdūt in
alterum. ſcȝ in ſuum obiectum. ideo
intētio pertinet ad intellectum ꝛ vo/
lūtatē. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ſicut
intētio dicitur in alterum tēdētia vel
in alterum tētio. ita intētio dicitur in
tus tētio. ꝛ ideo ſicut a tēdētia in alte
rum intētio cōuenit intellectui ꝛ etiā
volūtati. ita debet pertinere ab iſta cō
ditione qua dicitur intus tentio. hec
eni duo ſimul ſtant apud intellectum
ꝛ volūtatē intꝰtētio. ꝛ i alteꝝ tēt. ō vt
eni dictū ē ſuperiꝰ. intelligere ꝛ velle
ſunt actiones immanētes ꝛ nō tran/
ſeūtes in exterioꝛem materiam. Illa
ergo intus immanētia operationum
poteſt cōuenire nomē intentiōis in/
tellectui ꝛ volūtati. ſm ꝙ intētio dici
tur intus tentio. Sed quia ſemper
actus intellectus ꝛ volūtatis termi/
natur ad ſuum obiectum quod eſt p̄/
ſens ipi eſſentie anime vel potētie. nō
quidem ſm realem pꝛeſentiam ſȝ ſm
obiectalem. qualiter dicit phs. iij. de
anima. ꝙ lapis non eſt in anima ſed
species lapidis Idcirco quia ꝑ actuȝ
terminatum ꝑ obiectum potētia ten
dit in ipſum. ſicut nomē intētionis cō
uenit intellectui ꝛ voluntati ab eo ꝙ
intētio eſt. quia reſpicit immanētiam
operatiōis infra potētiam. ita ꝯuenit
eiſdem pꝛo eo ꝙ intētō eſt in alterum
tētio. quia reſpicit obiectum pꝛeſens
potētie obiectiue Et ita patet ꝙ no/
mē intētionis ex parte duplici. quia ꝛ
ex parte operatiōis ꝛ ex parte obie/
cti cōuenit tam intellectui q̄ȝ volūta/
ti. Qua propter de vtroqȝ pꝛoceden
do pꝛimo dicēdum eſt quomodo cō/
ueniat intētio volūtati Scdo quō cō
ueniat intellectui

¶ Quō intētio cōueniat vo/
lūtati ꝛ reſpectu volūtatis ꝛ re
ſpectu rei volite CCCLXVII

Accipiēdo ergo intentionem
pꝛout ſe tenet ex parte volū
tatis. ſic ſciēdū ē. ꝙ intētō ac/
cipiꝛ dupliciter Uno modo ipe actꝰ
volūtatis diciꝛ intētio. ſicut ſi aliquis
velit ire ad eccleſiā ad vidēdum coꝛ/
pus chꝛiſti. diceretꝛ talis volūtas intē
tō ſua. ꝛ tali volūtate intēdit aliquis
videre coꝛpus chꝛiſti Alio modo di/
citur intētio res intenta. ſicut ſi aliq̄s
diceret. intētō mea ē ſcribere. ibi res
diceretꝛ intētio. ſ. ipſa ſcriptura Et me
rito itētio vt ſe tenet ex ꝑte volūtatꝭ
dꝛ quādoqȝ actus eius quo intēdit

qñqȝ obiectũ eius qđ intẽdit ꝑ actũ. Nam ipa volũtas qñqȝ ſumit ꝓ ſuo actu. cũ dico. bonã volũtatẽ habeo ad te Qñqȝ ꝓ obiecto ⁊ re volita. vt cũ đr. bibere eſt voluntas ſitiẽtis. hoc latius dictũ ẽ ſuperius Et lȝ iſte modꝰ locutiõis de intẽtione ſepius in ſcri-pturis reperiat. tñ ſic nõ intendimus loqui de intẽtiõe. qñ dicimus aliqua noia eſſe prime vel ſcđe intẽtionis.

¶ Quõ accipit intẽtio vt reſpicit pertinẽtia ad intellectũ

Si aũt accipiat intẽtõ ex ꝑte in-tellectus. ſic etiã accipit duplr. Uno eñ mõ accipit ex ꝑte intelligentis. ⁊ de hoc primo dicẽdũ ẽ Alio mõ ex ꝑte rei intellecte. ⁊ de hoc ſecundo dicendũ eſt

## ¶ Quomõ ex parte intelligẽtis eſſe repſentatiuũ đr intẽtio Capl'm. CCLXVIII

Quantũ ad primũ. ſi intentio accipiat ex ꝑte itelligẽtis. ſic đr intẽtõ omẽ illud qđ ꝑ modũ repſentãtis ducit intellectũ in cognitionẽ cuiuſcũqȝ rei Et qꝛ ſpẽs itelligibiles ⁊ actus intelligẽdi cõceptꝰ mẽtis formatus quẽ nos ꝟbũ mẽta-le dicimus repſentatiue ducũt in co-gnitionẽ rerũ. ideo qđlibet eoꝝ h̄ mõ intentio vocat Et ex hoc etiã nomen intẽtiõis ẜm vſum loquẽtiũ trahit ⁊ extendit vt dicat intẽtio q̄cũqȝ ſilitu-do ſiue qđcũqȝ exẽplar realiter repreſentãdo ducẽs in cognitionẽ reꝝ Et hoc mõ ſpẽs rei viſibilis in medio et in ſpeculo vel in oculo in fantaſia vel ſpẽs in memoria ſenſitiua vel etiam imago herculis. intẽtõ dici pñt. qꝛ ex ſui natura ad alteꝝ ipm cognoſcẽte ꝑ modũ cuiuſdã tendẽtie deducũt . Et q̄ꝫuis hoc mõ ſepe doctores vtãtur ipa itẽtiõe ⁊ appropinquaret plus ad noſtrũ ꝓpoſitũ. tñ nec ſic intẽdimꝰ de intẽtiõe qñ dicimus aliqua noia eſſe prime vel ſcđe intẽtionis

## ¶ Quõ accipit intẽtõ ex ꝑte rei itellecte Capl'm. CCLXIX

Secũdo accipit intẽtio apud intellectũ ex ꝑte rei ĩtellecte ⁊ hoc mõ đr intentio ipa res q̄ intendit. inquantũ intellectꝰ tendit in ipam ſicut in qđdã cognitũ ꝑ actuȝ intelligẽdi. ⁊ ſic loquimur hic de intẽtione in ꝓpoſito Hec aũt intẽtio du-plr accipit ⁊ inuenit. Uno mõ formaliter. ⁊ tunc ſignificat in abſtracto. vt hoc nomẽ intẽtionalitas. ⁊ tũc intentio đt terminũ ipius tẽdẽtie. ſiue illđ qđ reſultat ex tali tendẽtia intellectꝰ ꝑ ſuũ actũ in rẽ ipam Et hec habitu-do in abſtracto p̄ciſe ẜcat purum ens rõnis Alio mõ accipitur materialr. ⁊ tunc ẜcat in cõcreto. ⁊ tũc ẜcat ⁊ đt illud qđ intelligit quicq̄d ſit illud. et eñ intentio ꝯcretũ. ſȝ intẽtionalitas abſtractũ Et q̄ꝫuis in ꝯcreto res itellecta materilr dicat intẽtio q̄ aliqñ eſt ens reale. tñ ꝑ illud qꝛ importat no-mine intẽtõis formalr in ꝯcreto ẽ ſꝑ ens rõnis Ipſa g̊ res intellecta materialr in ꝯcreto. đr intẽtio ſiue res itellecta ſiue ens reale. vt homo lapis ⁊ hmõi. ſiue ens rõnis vt ſpẽs genus ⁊ hmõi Dicit aũt ꝓ tãto intẽtio in cõ-creto ẜcare materialr. qꝛ ẜcat illud qđ intelligit in abſtracto aut ipam habitudinẽ formalr q̄ rẽ itellectã ꝯſeq̄tur ſcȝ noĩe intẽtionalitatis. qꝛ noĩe intẽtionis in cõcreto ipm ſubiectũ habitudinis nõ eſt ṗncipale ẜcatũ ſȝ magis ipa habitudo Sȝ qꝛ ꝯcreta in accidẽtalibꝫ formalr ⁊ principalr ẜcãt accñs ⁊ formã. materialr aũt ſubiectũ acci-dentis ẜcãt ⁊ ſcđario. in q̊ ſubiectũ eſt forma accidẽtalis. ſicut h̄ ꝯcretũ albũ ẜcat formalr albedinẽ. qꝛ albũ ſolã q̄litatẽ ẜcat. vt đr in p̄dicamentꝭ. ſcđario ãt ⁊ materialr dat itelligere ipam rẽ in q̄ eſt albedo. qꝛ albũ đr res alba. ita

etiā cū intētō ſit ↄcretū. materialiter
ſcat ip̄aȝ rē itellectā in q̄ fundaṫ habi
tudo ip̄am ↄſequēs in qua ē intelle/
cta. ſed formalr̄ ſcat ip̄aȝ habitudinē
q̄ eſt ad modū forme Et ſicut albedo
ſcat formalr̄ ip̄am formā i abſtracto
p̄ciſe ⁊ nihil aliud materialr̄. ita intē
tōnalitas ſcat formā ſolū ⁊ ip̄am ha
bitudinē ⁊ nihil materialr̄ Noīe igiṫ
intētionis formalr̄ ⁊ q̄ꝫtū ad formale
ſcatū importaṫ habitudo rei itellecte
ad actū intelligendi Sȝ materialiter
⁊ q̄ꝫtū ad materiale ſcatū intētō res
intellecta dr̄ quecūq̄ȝ ſit ſiue ens rea/
le ſiue ens rōnis.

## Quō et qn̄ conuenit rei in tellecte vt dicatur ītētio vel nō Capl̄m. CCCLXX

Hec aūt res intellecta qn̄ ē ve
rū ens reale circūſcripto om̄i
actu intellect⁹ duplr̄ ↄſidera
ri p̄t Uno mō abſolute vt ē res p̄ciſe
nō habēdo reſpectū ad itellectū. ⁊ ſic
nulla res diciṫ intentio. vt hō in reꝝ
natura p̄ciſe ↄſideratus vel lapis. ali
as oporteret ꝙ eſſe intentōnē eſſet de
rōne taliū qd̄ eſt falſum Alio mō pōt
ↄſiderari cū habitudine ad actū itelli
gēdi. inquantū eſt intellecta. ⁊ ſic q̄dā
habitudo ip̄am ↄſequiṫ q̄ formalr̄ in
tētio dr̄. ⁊ ideo ſup̄ rem abſolute ad/
dit rei habitudinē ad actū intelligen
di Sic igiṫ res intellecta intētio diciṫ
materialr̄. abſolute aūt recepta nō dr̄
intētō ſed res. ip̄a aūt habitudo for/
malr̄ dr̄ intētio. q̄r cū p̄ciſione noīs in
tētōnalitatis. aut ſine preciſione noīs
intētionis q̄ res ip̄a dr̄ intētio materi
alr̄ ⁊ q̄ res ē intellecta q̄cūq̄ȝ ſit ſiue
ſit ens reale. vt hō. ſiue rōis vt ſpēs. ⁊
ſic accipiṫ hic intētō cū loq̄mur de in
tētiōe q̄ꝫtū ad noīa p̄me intētōis ⁊ ſe
cūde intētōis Ita pȝ q̄t modis dr̄ in
tētio qm̄ aliqn̄ ſumiṫ ex p̄te volunta/
tis ⁊ q̄ꝫtū ad actū ⁊ q̄ꝫtū ad obiectū
⁊ ſic nō loq̄mur hic de intētōe Aliqn̄
ex p̄te intellectus. ⁊ ſic q̄ūq̄ȝ ex p̄te in
telligētis ⁊ nō ſic hic intēdim⁹. Ali/
qn̄ ex p̄te rei intellecte ⁊ ſic de itētiōe
eſt p̄ſens ꝓpoſitum

## Quid eſt prima intentio ⁊ ſecūda. ⁊ que ſunt noīa p̄me im poſitōis ⁊ intentiōis ⁊ q̄ ſcd̄e Capl̄m. CCCLXXI

Secūdo vidēdū ē. q̄d ⁊ vn̄ di
caṫ p̄ma intētio vel ſcd̄a. In
hoc em̄ ꝙ dico p̄ma vel ſcd̄a
intētio. importaṫ ⁊ ip̄a intētio ⁊ intē/
tionū ordo. q̄r ergo dictū ē de intētio
ne. dicēdū ē de intētionū ordine q̄ im
portaṫ in hoc ꝙ dico p̄ma ⁊ ſcd̄a intē
tio Noīa em̄ q̄dā dicunṫ prime impo
ſitōis ſm̄ grāmaticū. ⁊ p̄me intētōis
ſm̄ logicū. et q̄dā etiā dicunṫ eodem
mō ſcd̄e impoſitiōis. ⁊ ſcd̄e intentōis
Sciēdū ē g̊. ꝙ ordo iſte vn̄ aliqua di
cunṫ p̄me intētiōis ⁊ aliq̄ ſcd̄e intētō
nis nō p̄t ſumi ex p̄te intelligentis. q̄r
ſic ſpēs intelligibilis q̄ eſt p̄mū repre/
ſentatiuū intelligēdi eſſet p̄ma inten
tio. et actus intelligēdi q̄ eſt ſcd̄m eēt
ſcd̄a intētio. et v̄bū mentale eſſet ter/
tia. q̄ ſunt falſa Nec pōt ſumi ex parte
actus intelligēdi. q̄r ſi ſic. ſortes eſſet
p̄mus intellectus. ⁊ plato ſcd̄us. ſor.
eſſet p̄ma itētio. ⁊ plato ſcd̄a. ⁊ ſic po
ſtea ꝓcedēdo. ſi tertius tertia. ſi quar
tus q̄rta qd̄ ē falſum Et iō oportȝ ꝙ
iſte ordo accipiaṫ ex p̄te rei intellecte
inquātū eſt intellecta. ſm̄ ꝙ ē duplex
genus itelligibiliū ad quoꝝ qd̄libet
terminaṫ actus intelligēdi. Nā q̄daȝ
ſunt intelligibilia q̄ ſunt vera entia re
alia q̄ ↄueniūt reb⁊ nō ex opere i intel
lect⁹ ſpeculatiui. ꝑut. ſ. hn̄t eſſe intel
lectu ſpeculatiuo obiectiue. imo cir/
cūſcripto oi tali eſſe obiectiuo ſtȝ res
vere ⁊ ↄueniūt reb⁊ aliqn̄ affirmatiue
vt hō ⁊ bos ⁊ ſilīa in genere ſubſtan/
tie. albedo ſciētia in genere q̄litatis. ⁊

ſilia in genere accidentiū Aliquando
priuatiue. vt ſurdū cecū .q̄ ꝛſi nō ſtꝫ
res vere.tñ realiter ꝛ veraciter rebus
ꝯueniūt.vt priuationes ſicut cecū et
ſimilia Et hec omnia q̄ ſic reb9 ꝯueni
unt dicuntur prime intentōnes.ꝛ no
mina taliū dicunt̄ etiam noīa prime
impoſitionis ſm grāmaticos.ꝛ noīa
ṗme intētionis ſm logicos Alia ſunt
que ꝯueniunt rebus ſm ꝙ ſunt obie/
ctiue in intellectu ꝛ nō aliter .ſicut eſt
eſſe abſtractū. eſſe vniuerſale.genus
ſpecies ꝛ ſimilia.ꝛ iſta dicunt̄ ſecūde
intētiones.ꝛ noīa talium ſignificātia
grammatice dicunt̄ noīa ſecunde im/
poſitiōs.ꝛ ſm logicos ſecūde intenti
onis.ꝛ ſic ſūt duo modi eſſendi gene/
rales.ſcꝫ ſcđm rem.ꝛ iſte eſt primus
Secundum ratōnem.ꝛ iſte eſt ſcđus
ita etꝫ ab iſtis duob9 generibus intel
ligibiliū que habēt in duplici modo
eſſe.ſumitur diuiſio intentōnum pri/
marum ꝛ ſecūdarum.ſcꝫ primarum a
primo modo ꝛ ſecūdarum a ſecundo
modo Cauſa aūt eſt.quia prima diui
ſio eſſendi eſt in eſſe rei ꝛ in eſſe rōnis
vt patet .v.metaph.ꝛ ita etiam ṗma
diuiſio nominū eſt.quia quedā ſunt
nomina prime intētōnis quātum ad
illa que habēt eſſe in re.quedam ſecū/
de.quātum ad illa que habēt eſſe i ra
tione. Et ita patet vnde ꝛ quid dicit̄
prima intentio ꝛ ſecūda intētō.ꝛ no/
men ṗme intētionis ꝛ ſecunde logice
ꝛ ſimiliter prime impoſitōis ꝛ ſecūde
grammatice

## ¶ Qualiter ſe habēt ad inui cem prima ꝛ ſecunda intentio. Capl'm. CCCLXXII

Nunc tertō dicēdū ē qualiter
ſe hñt ad inuicē Et dicēdū ꝙ
in duob9 ꝯueniūt ꝛ in duob9
differūt Cōueniūt q̄dē in duob9. Pri
mo in hoc q̄ꝺ ſtꝫ .ſ. in hoc q̄ꝺ ē eē intē
tionē.intētō eñ ē quoddā cōe ad pri/
mā ꝛ ſecūdā intētōeꝫ ſicut aīal ad bo
uē ꝛ hoīem Et iſte differūt q̄ꝛ ṗma a
ṗmo genere intelligibiliū.ꝛ ſcđa dici
tur ſecūda a ſecūdo genere intelligi/
biliū.vt dictū eſt Cōueniūt etiā ſcđo
quātū ad hoc de q̄ ſunt.q̄ꝛ tam ſcđa
intētio ꝙ̄ꝫ prima quantū ad illud q̄ꝺ
importat̄ formaliter in ꝯcreto noīe in
tentōis eſt ens ratōis Quod ſic vide
tur .nā quāuis intētō ſe tenet ex par/
te intelligentis nō diſtinguit̄ ꝯtra eē
reale.immo oīnis talis intētō ſit res
vera ꝛ nō ens rōnis.vt ſpecies intel/
ligibilis ꝛ hmōi.vt dictū eſt Intētō
eñ vt ſe tenet ex parte rei intellecte
ꝙ̄ꝫtū ad illud q̄ꝺ ꝯcretiue ꝛ materialr̄
dicit̄ nō diſtinguit̄ contra ens reale.q̄ꝛ
ſaltē q̄ñ res vera eſt extra animaꝫ vt
hō albedo ꝛc̄.tūc intentō ṗma ꝙ̄ꝫtum
ad illđ q̄ꝺ importat̄ formaliter ē ens
rōnis.q̄ꝛ vt dictū ē ꝯcretiue formalr̄
ſcat intētō ipam habitudinē rei.que
ꝯſequit̄ vt intellecta eſt q̄ ē ens rōnis
Scđa aūt intētio de entib9 rōnis ē.ꝛ
ita vtriqꝫ ꝯuenit.q̄ꝛ vtraqꝫ eſt ens rō
nis ꝙ̄ꝫtū ad formale ſcatū Differunt
aūt in duob9 hec noīa. ṗma intentō ꝛ
ſecunda. Primo quantum ad illud
quod ſignificant .quia prima intentō
cōcretiue ſignificat materialiter ens
reale ſicut homo .ꝛ ſcđa intentō nul/
lo mō ſcat niſi ens rōnis Scđo diffe
rūt ꝙ̄ꝫtū ad illud in q̄ ſunt Ubi ſcien/
dū ꝙ aliq̄d đr eſſe in intellectu tripl'r/
Uno mō ſubiectiue.ꝛ hoc mō intel/
lectus includit act9 intelligēdi.ꝛ ha/
bitus itellectuales.ꝛ ſic ſciētia ē in in
tellectu.ſicut in ſubiecto Alio mō ob
iectiue ꝛ hoc dupl'r.vno mō ſicut illđ
q̄ꝺ eſt obiectū directe cognitū ab itel
lectu.ꝛ hoc mō res q̄ eſt extra ſubie/
ctiue ē in itellectu obiectiue.vt homo
bos.ꝛ q̄ꝺcūqꝫ aliđ q̄ꝺ itelligit̄. Et đr
obiectiue eſſe in itellectu.q̄ꝛ ē in ꝓſpe
ctu ſue cognitōis . Cōtingit aūt ali/
q̄ñ ꝙ aliqua res ſimul ꝛ ſemel ē in itel

lectu ſubiectiue ⁊ obiectiue. vt cū aliq̇s intelligit ſe intelligere ⁊ cū aliq̇s intelligit ⁊ cogitat de ſciētia in ſe accidentaliter exiſtēte Aliqñ aūt eſt ſolū in aīa obiectiue ⁊ ſubiectiue in re extra. vt cū intelligit albedinē vel lapidē Alio mō dr̄ aliq̇d eſſe obiectiue in intellectu. qꝛ ꝯſequit̄ rem ꝓut eſt obiectiue in intellectu. Eſſe eīm abſtractū a ſoꝛte ⁊ platone nō ꝯuenit hōmi ꝓut eſt extra in ſe ſubiectiue. ſꝫ ſolū ꝓut eſt in intellectu obiectiue. qꝛ ſic hō eſt in ꝓſpectu intellectus ſicut obiectū cognitū nō cognito ſoꝛte vl' platone. ſicut etiam in viſu ē coloꝛ ⁊ albedo lactis obiectiue ſine dulcedine. ſꝫ nō ē in re ſine dulcedine obiectiue In hoc ḡo differt pꝛima intentō a ſcd̄a qꝛ ſcd̄a intentō illud ſ̄cat qđ nunq̄ꝫ eſt in intellectu nec in re extra ſubiectiue. ſꝫ ſolum in intellectu habet eſſe obiectiue tanq̄ꝫ ꝯſequens rem veram ꝓut eſt obiectiue in intellectu vt genus ſpecies. ⁊c̄. Sꝫ illud quod importatur nomine pꝛime intētionis ꝯcretiue ⁊ materialiter eſt obiectiue in intellectu. ⁊ ſubiectiue in re extra. vt homo lapis lignum. ⁊ huiuſmodi Quādoqꝫ aūt obiectiue ſimul ⁊ ſubiectiue in intellectu. vt ſciētia ⁊ huiuſmodi. Et ita hec ꝯueniētia ⁊ differētia eſt in duobꝫ pꝛime intētionis ⁊ ſcd̄e

¶ Quid ſit intētionale et a quo veniat

Capl'm. CCLXXIII

Nunc quarto dicēdū eſt de h̄ noīe intētionale qđ deſcēdit de hoc noīe intētio. Ubi itelligēdū. ꝙ itētionale pt̄ accipi dupl'r. ſ. eſſentialiter ⁊ denoīatiue ſicut aliqđ pt̄ eſſe quale eſſential'r vt albedo. ⁊ denoīatiue. vt lignū albū. qđ ē quale denoīatiue Ita etiā eſſe intētionale per eſſentiā alicui ꝯuenit. ſicut ei qđ ē intētio, ip̄a eīm intētio ē intētionale per eſſentiā Aliqñ etiā alicui ꝯuenit eē intētionale ꝑ participatione ⁊ denoīatiue de illo cuius ē intētio. ⁊ ſic accipiēdo intētionale ꝑ eſſentiā. ē illud qđ ē intētio. ⁊ denoīatiue dr̄ intētionale illud cuius eſt intētio Et ſic accipiendo intētiones que ſunt ex ꝑte intelligētis. ſunt ſpēs itelligibiles actus intelligendi ꝯceptus foꝛmatus vel dicunt̄ intētionalia vel intētōnata eſſential'r. qꝛ ſunt intētōes reꝝ. Illa aūt q̄ rū ſunt intentōes ⁊ quoꝝ ſunt repꝛeſentatiua dicunt̄ eſſe intētionalia denoīatiue Sꝫ hic notādū ꝙ dicimus quoꝝ ſunt. ꝙ iſta pn̄t eſſe alicuius dupl'r. Uno mō ſubiecti in q̄ ſunt. ⁊ ſic ſubiectū nō ꝯſueuit denoīari intētionale a talibꝫ intētionibꝫ. vt intellectꝰ nō dr̄ intētionalis ab intētōe q̄ ē ſpēs ⁊ ſimiliū q̄ ſunt in itellectu ſicut i ſubiecto Alio mō dicunt̄ iſte intētiones eſſe alicuiꝰ vt obiecti repꝛeſentati ad qđ ſunt ⁊ talia denoīant̄ intētionalia eſſe a talibꝫ intētionibꝫ. vt dicimꝰ ꝙ lapis bos albedo. ⁊c̄. dicunt̄ eſſe itētionaliter in intellectu. ⁊ hn̄t eſſe intētionale in intellectu. qꝛ ſcꝫ ꝑ ſuā eſſentiā vel ſuū repꝛſentatiuū qđ ē coꝝ intētio Et hoꝝ cā ē. qꝛ talia inquātū ſt̄ intētiōes magis importāt habitudinem ad obiectū qđ repꝛſentant. q̄ꝫ ad ſubiectū qđ infoꝛmāt Et idē ē iudiciū de intētionibꝫ ⁊ illis quoꝝ intētōnes ſt̄ ſm̄ ꝙ nomē intētōis extēdit̄ ad qđcūq̄ꝫ repꝛſētatiuū alteriꝰ ſiue ſit exēplar ꝓducens in alterius cognitionem. ſicut eſt de ſpecie viſibili. et in medio ⁊ in oꝛgano vel in ſpeculo. vel fantaſmate. vel in fantaſia. vel ſpecie ſenſibili in ſenſitiua memoꝛia. ⁊c̄. Accipiendo autem intentionem in intellectu ex parte rei intellecte. ipſa habitudo rei intellecte ad actum intelligendi dr̄ intentionale per eſſentiam vel eſſentialiter. eo mō q̄ talibꝫ entibꝫ

rationis conuenit habere eſſentiam q̄
non dicunt formaliter rem aliquam.
ſicut in priuationib⁹ dicimus ꝙ ceci
tas ē priuatio eſſentialr̃.ſed ocul⁹ hꝫ
eſſe ꝑuatū denoiatiue Et ſic intētio/
nale denoiatiue p̄t dici reſpectu ſcđe
intētiōis ꝑma intētō ſupra quā ſcđa
fundat̃ q̄ꝫ ad illud qđ materialr̃ ipor
tat̃ noie ꝑme intētiōs qđ eſt res intel
lecta Et ipa res intellecta q̄ dr̃ inten
tio materialr̃.pōt dici ꝛ noiari ab h̄
ꝙ noie ꝑme intētiōis iportat̃ formalr̃
ꝛ ſic ꝑma intētio vt eſt fundamētū ſe
cūde.ſicut hō reſpectu ſpeciei p̄t dici
denoiatiue intētōnale.ꝛ ipa res intel
lecta pōt dici intētōnalis ab habitu/
dine q̄ꝫ formalr̃ ꝑma ꝫ ītētio dr̃.ſed iſti
modi denoiatōis nō ſūt multū vſitati

## De hoc nomine trāſcēdēs
### Capitulum. CCLXXIIII

De hoc aūt noie trāſcēdēs ſci
endū ꝙ trāſcendēs dr̃ quaſi
trans oīe ens.vel q̄ſi trāſiēs
oīe ens Hoc aūt ꝯtingit triplr̃ Pri
mo entitate.ꝛ hoc mō deus dr̃ trāſcē
dens.qꝛ nobilitate actualitatis tran
ſcēdit oē ens.ꝛ ſic nō ē cois vſus vo/
cabuli. Alio mō accipit̃ trāſcendens
nō ab ētitatis nobilitate ſꝫ a p̄dicatō
nis coitate.ꝛ ſic illud qđ pōt p̄dicari
de oī ente dr̃ trāſcendēs Sꝫ ē duplex
p̄dicatō.vna formalis.vt hō eſt aial
Alia denoiatiua.vt hō ē alb⁹.hō ē ſpe
cies Illud ḡ qđ p̄dicatōe formali p̄di
cat̃ de oīi ente.eo mō q̄ cuilibet enti
ꝯuenit ꝓpterea formalitas dr̃ trāſcen
dēs.quaſi trās oē ens.vl̃ trāſiens oē
ens coitate.ſcꝫ formalis p̄dicationis
ꝛ ſic trāſcēdēs dr̃ ꝓprie de illꝫ ſex.ſ.en
te vno.ꝟo bono.re.aliq̄ Et h̄ eſt cōis
vſus vocabuli Illud aūt qđ p̄dicatō
ne denoiatiue p̄dicat̃ de oīb⁹ ſcđis in
tētionib⁹.ꝛ de ꝑmis trāſcēdētib⁹.p̄t
etiā dici trāſceudēs.qꝛ h̄ qđ dico ens
eſt vniuerſale.h̄ qđ dico genus ē vni
uerſale ꝛ ſic de alijs. Et nec iſte mo/
dus tranſcēdētis ē ita cois ꝛ ꝓprius
ſicut ſecūdus

## De hoc noie Uniuerſale.
### Capitulum. CCLXXV.

Circa vniuerſale tria vidēda
ſunt. Primo q̄t modis dr̃ ꝛ
accipit̃ vniuerſale Scđo quō
vl̃e ꝑ abſtractionem ꝛ predicatōnē ſe
hꝫ ad ſua inferiora ſm rōnē prioris ꝛ
poſterioris Tertō quō ſe hꝫ ad ea in
rōne totius ꝛ partis.

Quia vniuerſale ſumit̃ triplr̃

Quantū ad primū ſciendū ꝙ
vl̃e ſumit̃ triplr̃. Eſt eīm q̄d/
dā vl̃e cauſalitate.ꝛ iſto modo ſol dr̃
cā vniuerſalis reſpectu generabilium
deus aūt vl̃is cā ē reſpectu omnium
ꝛ ſic nō ē cois vſus loquēdi apud lo/
gycos de vniuerſali. Alio mō dr̃ vl̃e
abſtractōne Abſtractio aūt ē duplex
oīmis eīm abſtractio dr̃ reſpectu ma/
terie. Quedā ergo ſunt abſtracta a
materia ſm eſſe.ꝛ q̄ꝫuis hec ſunt que
dā ꝑticularia ꝛ quedā ſingularia.ni/
hilominus ꝑ abſtractionē a materia
vl̃ia dicunt̃ Alio modo eſt aliq̄d vni
uerſale ꝑ abſtractionē nō ſm eſſe ſed
ſm intellect⁹ ꝯſiderationē inquantū
talia ꝯſiderāt̃ ab ſq̄ꝫ materia Hoc āt
pōt fieri triplr̃.vno modo vt ꝯſidere/
tur ad intelligibile abſq̄ꝫ hac materia
ſenſibili ſicut hominē.nō ꝯſiderādo
hūc ſor.q̄ꝫuis talia intelligat cū mate
ria ſenſibili in ꝯmuni Et talis abſtra
ctio vocat̃ phica.id eſt naturalis.vn
de ſcientia naturalis eſt de ſic abſtra
ctis.nō tamen excludit materiam ſen
ſibilem communeꝫ.quia intelligit ho
minem cum oſſibus et carnibus in
cōmuni non tamen conſiderat cum
iſtis carnibus ꝛ oſſibus in particu/
lari. Alio mō p̄t fieri hec abſtractō
vt intellect⁹ ꝯſideret nō ſolū ſine hac
materia ſēſibili.ſꝫ etiā ſine ꝯſideratōe

ſenſibilꝫ materie.ſ3 ꝯſideret eã cũ materia intelligibili. vt pt ꝯſiderari circulus ſine ere.ferro vl ligno. ⁊ hmõi Sꝫ qꝛ circulꝰ opoꝛtet ꝙ ſit in aliqua materia nõ ĩtelligiꝭ ſine materia ĩtelligibili. ⁊ talis abſtractio vocaꝭ mathematica. qꝛ de talibꝫ abſtractꝭ ſtꝫ ſcie mathematice. Tercio mõ pt aliqs ꝯſiderare rẽ aliquã ⁊ ſine hac materia ſenſibili in cõi.licꝫ cũ intelligibili.⁊ ſine materia ſenſibili ⁊ ĩtelligibili. Hec ãt abſtractio nõ ẽ realis ſeparatõ ſicut cultellꝰ ſepat carnes ab oſſibꝫ. ſꝫ vniꝰ ꝯſideratio ſine altero.ſicut viſus videt coloꝛẽ in pomo nihil ꝯſiderando de ſapoꝛe. Et qꝛ vt ſic talia cõſideranꝭ abſtracta ꝯpetit eis vt dicãtur de multis.ſicut ſunt in multꝭ.iõ ẽ alia abſtractio q̃ ipam ꝯſeqtur. q̃ ẽ ꝑ ꝑdicatõem.⁊ ſic hõ ẽ abſtractũ cõmunitate ꝑdicatõis.qꝛ ꝑdicaꝭ de ſoꝛte ⁊ platone. Vle ḡ ſm logicos dꝛ qðlibet ꝑdictoꝝ modoꝝ.ſꝫ ꝓpꝛiꝰ vltimo mõ. Et ſic vle ſumptũ dꝛ qð ẽ aptũ natũ de pluribꝫ ꝑdicari Ubi intelligẽdũ ꝙ tale vle ẽ multiplex. Eſt eñ qðdã vle qð hꝫ actu ⁊ ſimlꝭ plura ſuppoſita.ſicut hõ hꝫ ſoꝛtẽ ⁊ platoneꝫ et ſic de alijs Aliud ẽ vle qð ſilꝭ actu nõ hꝫ plura ſuppoſita ſꝫ ſucceſſiue ſicut fenix. Aliud ẽ qð nõ hꝫ plura ſuppoſita nec actu ſimlꝭ nec ſucceſſiue. vt ſol ⁊ luna. q̃uis tñ nõ habeat niſi vnicũ ſuppoſitũ.qꝛ tñ ſol pt ꝯſiderari ſine ꝯditionibꝫ indiuiduantibꝫ.ſcꝫ ſine hic ⁊ nũc pt dici vle. Et q̃uis in alijs duobꝫ modis dicaꝭ vle ẽ qð eſt aptũ natũ ꝑdicari de pluribꝫ vl ſimlꝭ q̃tũ ad ꝓmũ. vel ſucceſſiue q̃tuꝫ ad ſcðm.⁊ in tertio nõ poſſit nihilominus dꝛ aptũ natũ ꝑdicari de pluribꝫ. qꝛ inq̃tũ vle ẽ.hoc ei ꝯuenit. licꝫ hoc ſibi nõ ꝯueniat in determinata materia. Quocũq ãt mõ ſumaꝭ vle ſꝑ dꝛ vel ſumiꝭ ꝑ aptitudinẽ quãdã ad particulare Et iõ cuilibet mõ vlis reſpõdet aliqs modꝰ ꝑticularis ſicut ꝑꝫ. qꝛ eñ ſol hꝫ virtutẽ reſpectu cuiuſlibet generabilꝭ.dꝛ cã vlis oĩm generabiliũ Sꝫ qꝛ ſoꝛtes nõ hꝫ virtutẽ niſi reſpectu platonis.dꝛ cã ꝑticularis.⁊ ſic poſtea ſingulis modis vlium reſpondet modus particularium

¶ Quõ vle ẽ ꝓus ⁊ poſterius ſuis ĩferioꝛibꝫ CCLXXVI

Q Uantũ ad ſecundũ dðm ẽ ꝙ vle duplr poteſt ꝯſiderari Uno mõ ꝙ natura vlis ꝯſideraꝭ ſilꝭ cũ intẽtione vlitatis. vt ſcꝫ vnũ ⁊ idẽ habeat habitudinẽ ad multa ⁊ ꝓueniat ex abſtractõe intellectꝰ et ſic opoꝛtet ꝙ ſm hũc modũ vle ſit poſteriꝰ Uñ in ꝓmo de aia dꝛ.ꝙ aial vle aut nihil ẽ aut poſterius ẽ. ſꝫ ſm platonicos q̃ ponũt vlia ſubſiſtẽtia ſm hãc ꝯſideratõem vle eſſꝫ ꝓus q̃ ꝑticularia. Uñ ſm eos ꝑticularia nõ ſunt niſi ꝑ participatõem vlium ſubſiſtẽtiũ q̃ dicunꝭ idee. Alio mõ pt vle cõſiderari q̃tũ ad ipam naturã vlitatis vel humanitatis ꝓut inueniꝭ in ꝑticularibꝫ.⁊ ſic dðm ẽ ꝙ duplex eſt oꝛdo nature Unus ſm viã generationis ⁊ tꝑis.ſm quã viam ea q̃ ſunt imꝑfecta ⁊ in potẽtia ſunt ꝓoꝛa.⁊ hꝫ mõ magis cõe ẽ ꝓus ſm naturã qð apparet manifeſte ĩ generatõe aialis et hois. nã ꝓus generaꝭ aial q̃ hõ. vt dꝛ in libꝛo de generatõne aialium Aliꝰ ẽ oꝛdo ꝑfectõis ſiue intẽtõnis nature. ⁊ ſic actus eſt ꝓoꝛ ſimplr q̃ potẽtia.⁊ ꝑfectũ q̃ imꝑfectũ. Et per hunc modũ minus cõe ẽ ꝓus ſm naturã.q̃ magis cõe.vt hõ q̃ aial. Nature eñ intẽtio nõ ſiſtit in generatõe aialis.ſꝫ intendit generare hoiem.

¶ Q vlia reſpectu inferioꝛũ ſe hñt aliqñ in rõne totiꝰ aliqñ in rõe ꝑtis Qa. CCLXXVII

Q Uantũ ad terciũ dðm ẽ ꝙ vle magis cõe cõparatur ad

minus cōe. vt totū ⁊ vt ps Ut totū q̇dē ſm q̄ in magis vlī nō ſolū ꝯtinetur in potētia minus vl'e ſed etiā alia vt ſub aīali nō ſolū hō ꝯtinet̃. ſ; etiā; equus. Ut ps q̇dem ſm q̄ minus cōe ꝯtinet in ſua rōne nō ſolū magis cōmune ſed etīā alia. vt homo non ſolum animal ſedetiam ratōnale Sicut etiam animal in ſe conſideratum prius eſt in noſtra cognitione q̄ꝫ homo. ſed homo prius eſt in noſtra cognitione q̄ꝫ q̄ animal ſit pars rationis eius.

¶ De hoc noīe abſtractū vn̄ et quot modis dr̄. ⁊ q̇s ē modus ſcandi Ca. CCLXXVIII

De hoc aūt noīe abſtractū p; eius acceptio ſm imediate p̄miſſa ī definitōē de abſtractione in p̄n̄o capitulo de vlī. quia omnib; iſtis modis de q̇bus dr̄ fieri talis abſtractio. illa res abſtracta in quolibet mō illoꝝ abſtractu; dr̄. ⁊ eis oppoſitū p̄t dici ꝯcretum Preter hos modos dr̄ abſtractū ꝓximū ad cōcretū ſm modū ſcandi. vt abſtractum dicat̃ illud qđ ſcat formā abſolutā. Cōcretū vero qđ eſt ad aliq̇d ꝯtractū. Et iſto mō reſpectu oīm dictionū inuenit̃ abſtractū ⁊ cōcretum vt hoc qđ dico ens ⁊ entitas. Hoc eīm qđ dico ens eſt ꝯcretū. ⁊ dr̄ illud qđ h; entitatē. S; hoc qđ dico entitas dr̄ illud qđ h; formā. vel dr̄ illud quo ens eſt ens. ſc; ipām formā. Idē p; in hoc qđ dico vl'e quantū ad ſecundas intentōes. qđ vl'e eſt ꝯcretū. et ſcat illud qđ h; naturam vlītatis. Uniuerſalitas aūt ipām naturā vel formā qua vl'e eſt vl'e. Idem dico in ſubſtantia. hō eſt ꝯcretu; ⁊ ſcat qđ h; naturā humanā. ſ; humanitas ē abſtractū ⁊ ſcat illud q̄ hō ē hō. Et dr̄ de albo ⁊ albedine in accidentib;. q; albū ſcat illud qđ h; albedinē. ſed albedo ſcat ipām naturam ſiue ipām formā. Un̄ generalr̄ ꝯcludo q̄ ꝯcretum dr̄ illud qđ ſcat habens naturā. et abſtractū qđ ſcat ipām naturā. et iō abſolutū h; modum ſcandi quo eſt. Et q; modus ſcandi dato q̄ eadem res ſcetur. impedit modū p̄dicandi. Inde eſt q̄ dato ⁊ poſito. ſi tn̄ ita eſt q̄ quantū ad formale ſcatum idem importet̃ noīe abſtracti ⁊ ꝯcreti ſicut hoc noīe hoīs ⁊ humanitatis noīe albi ⁊ albedinis ⁊c̄. Tamē quia modus ſcandi eſt diuerſus in diuerſis. q; ꝯcretū ſcat ꝑ modum qđ eſt. et ꝑ modum habentis ⁊ ꝑ modū totius. Abſtractū aūt ſcat ꝑ modum quo eſt. ⁊ ꝑ modum habiti. ⁊ ꝑ modum partis. Ideo in nulla re in qua differunt qđ eſt ⁊ quo eſt. habens et habitū. pars ⁊ totū. poſſunt de ſe inuicem p̄dicari. vt hec eſt falſa. homo eſt humanitas. albū eſt albedo. Sequitur ergo q̄ ꝯcretū ⁊ abſtractum non poſſunt de ſe inuicē p̄dicari. In diuinis aūt vbi idē eſt habitus ⁊ habens quod eſt ⁊ quo eſt. pars ⁊ totum. eo mō quo eſt in talibus totum ⁊ pars poſſunt de ſe inuicem p̄dicari. Ideo hec eſt vera. deus eſt ſua deitas. deitas eſt deus Ut cōmuniter autem ⁊ maxime in genere ſubſtantie nomīe ꝯcreti ſuppoſitum importatur ⁊ nomine abſtracti natura.

¶ Quid importat̃ noīe cōcreti. et q̄ triplex eſt mod⁹ cōcretoꝝ Capl'm. CCLXXIX.

De cōcreto autē q̄ꝫuis aliq̇d p; ex p̄cedenti capitulo. tn̄ ad maiorē euidentiā Sciendum eſt. q̄ triplex eſt ꝯcretum quoddam accidentale vt albū. qđdam ſubſtantiale ſed nō denominatiuū. vt hō et aīal. qđdam ſubſtātiale denoīatiū vt aīatum ⁊ hmōi. Omnib; aūt cōcretis cōmune eſt vt dent intelligere

ſuppoſitū. ⁊ ꝓ ſuppoſito reddunt loquutōnem verā. vt albū currit ꝓ ſorte currente. ratōnale diſputat vel hō mouetur. In hoc aūt eſt drña. qꝛ omne ꝯcretum accidentale dat intelligere ſuppoſitū nō ex ſ̄cato. ſ; ex mō ſ̄cādi. album eñ̄ ſolum qualitatē ſ̄cat. vt dꝛ in p̄dicamentis. Cōcretuȝ aūt ſubſtantiale denominatm̄ dat intelligere ſuppoſitum partim ex ſ̄cato partim ex modo ſ̄candi. Ex ſ̄cato. quia ſ̄cat aliquid qd̄ pertinet tāq̄ ꝑs ad intraneitatē ſuppoſiti. vt aiatum. partim vero ex modo ſ̄candi. quia nō directe ſ̄cat hoīem ſ̄m quodq̄ ſuppoſitum cum ſ̄cet ꝑncipalr formam ſed indirecte. ſcȝ ex ꝯſequenti ex ſuo mō ſ̄candi importat ſuppoſitum. Cōcretum aūt ſubſtātiale nō denominatm̄ directe ⁊ ꝑ ſe ſ̄cat ſuppoſitum. Ex q̄ patet ꝙ ꝯcretum ſubſtantiale nō denominatiuū p̄dicatur de ſuppoſitis ꝑ ſe ⁊ in quid. vt animal de ſorte. Cōcretum aūt ſubſtātiale denominatm̄ p̄dicatur denoīatiue denoīatiōe accidentali. Quid aūt importetur nomine ſuppoſiti expreſſius infra patebit. De differentia aūt reali hoꝝ duoꝝ. nature ⁊ ſuppoſiti. q̄ eſt famoſa q̄ſtio nō plus dico. ſed ad preſens ſufficit dixiſſe hoꝝ duoꝝ nominum ſ̄cantiā et differentiā. ſcȝ abſtracti ⁊ concreti quorum vnum dicitur in comparatōne ad alterum.

## ¶ Quid eſt predicatum.

Capl̄m. CCLXXX

Hoc aūt nomen p̄dicatū ſignificat rem que de altero dꝛ ſiue actus verbalis ſit illud quod dꝛ. ſiue ꝑ copulam verbalē dicatur. ſiue dictio ſit actus verbalis. vt cum dico ſortes currit. hoc quod dico currit. eſt p̄dicatum. quia de ſubiecto dꝛ. ſcȝ de ſorte. Aliq̄n aūt aliq̄d dꝛ de aliquo mediante copula verbali. ⁊ dꝛ p̄dicatum duplex. vt cum dico ſortes eſt albus. ibi albedo dꝛ de ſorte. ⁊ totum hoc. eſt albus. eſt p̄dicatum. Predicatū aūt dꝛ ab actu predicandi. hoc autē conuenit omni rei et omni nomini quod poſſit predicari in aliqua ꝯpoſitōne. ſiue ſint nomina prime vel ſecunde intentōnis

## ¶ Quid eſt p̄dicabile ⁊ p̄dicatū ſubiectum ⁊ ſubijcibile.

Predicabile aūt dicitur ab aptitudine predicādi. q̄uis actu nō predicetur. in quo etiam differt a predicato quod dicit actū ⁊ eſſe. Predicabile ſimiliter conuenit omni enti cuiuſcunq̄ conditionis exiſtat. Predicamentum autem dicit ordinē diuerſorum predicatoꝝ ⁊ predicabiliū que ſunt eiuſdē generis. ⁊ omnia predicabilia ordinata ſ̄m ſub ⁊ ſupra vl̄ lateraliter in genere ſubſtantie predicatum dicuntur. ⁊ idem eſt in generibus accidentium. Hec autē nō ſunt niſi decē. quia nec poſſunt eſſe niſi decem rerum genera de quibus dictuȝ eſt prius. Et ſic patet differentia predicati predicabilis ⁊ predicamenti. Et quia predicatum dicitur in comparatōne ad ſubiectum. ⁊ ſubiectum dicitur illud de quo dicitur aliquid et ſic predicatum eſt quod de altero dicitur. ⁊ hoc generaliter cōuenit omni rei ⁊ nomini quod poteſt ſubiacere alteri vt aliquo mō de eo dicatur quia tamen diuerſimode inuenitur in multis diuerſis. ideo q̄uis ſubiectum dicatur terminus ꝯpoſitōis de quo predicatum dicitur. tamē ſ̄m ꝙ aliqua diuerſimode de diuerſis dicuntur inuenitur diuerſimode ſubijci dici. Dicitur autem aliquid eſſe in aliquo et dici de alio. ſicut forma ſubſtantialis de prima materia. et hoc modo dicitur ſubiectum materia ꝑma omniū formaꝝ ſubſtantialiū

Alio mõ dꝛ aliqd de alio ⁊ ē in eo ſi/
cut foꝛma accidētalis in ſua materia
et hoc mõ ſuppoſitũ dꝛ ſubiectũ oim
accidentiũ Alio mõ dꝛ aliqd de aliq̃
vt ſua ꝓprietas. ⁊ hoc mõ aia ē ſubie
ctũ ſuaꝝ ꝓprietatũ. ſilr angel⁹ ⁊ de⁹.
Alio mõ dꝛ aliqd dici de alio tanq̃
illud qd ē declaratm̃ ſue q̃dditatis ⁊
q̃litatis. ⁊ iſto mõ paſſiones dicũtur
de aliq̃ in ſcia cuius cognitio querit̃
et illud ſubiectũ ſcie vocat̃. ⁊ ſic deus
ē ſubiectũ ſciētie theologie. Alio mõ
dꝛ aliqd dici de alio ſicut ſuperius de
ſuo inferioꝛi. ⁊ ſic ſoꝛtes ſubijcit̃ hoi
et hõ aiali. ⁊ ſic de alijs Sicut autez
p̄dicatũ dꝛ ab actu p̄dicandi. ⁊ p̄di/
cabile a potētia ⁊ aptitudine p̄dican
di. ita ſubiectũ dꝛ ab actu. ſubijcibile
aũt ab aptitudine. Et hoc de ſubie/
cto ⁊ ſubijcibili dictum ſufficiat

¶ Quid eſt vniuocum.

Capl'm. CCLXXXI

Sed quia ſubiectũ ⁊ p̄dicatũ
ꝯſequunt̃ q̃dã accidētia que
important̃ noib' ſcd'e intētio
nis. vt vniuocũ. analoguz ⁊ hmõi. idõ
ſub iſtis ſubinfero p̄mo de hoc qd eſt
vniuocũ Uniuoca aũt definiunt̃ in
p̄ncipio p̄dicamētoꝝ. q̃ vniuoca di/
cunt̃ illa q̃ꝝ nomē ē cõe ⁊ ſm illud
nomē rõ ſubſtãtie ē eadē. Et ſm hoc
vniuocũ ſcat illud nomen qd p̄t dici
de plurib' ſm eandē rõem ſubſtantia
lem. ſicut hõ dꝛ de ſoꝛte ⁊ platone. ⁊
aial de hoie ⁊ leone Et inde ē q̃ oĩe
genus de ſuis ſpeciеb'. ⁊ ois ſpẽs de
ſuis indiuiduis vniuoce p̄dicant̃ vt
poꝛphirius dicit.

¶ Quid eſt equiuocum

Equiuocũ ãt dꝛ q̃ſi eque vocãs
ſua ſcata ſm Albertũ. Et ideo
equiuocũ dꝛ illud nomē qd ē cõe mul/
tis. ⁊ ſm illud nomē illoꝝ ſcatoꝝ rõ
ſeu ſuba ē diuerſa. ſicut pꝫ de hoc no
mine canis. quia dicitur de latrabili
et celeſti ſidere. ⁊ de piſce marino.

¶ Quid eſt analogũ

Analogũ ãt idē ē qd ꝓpoꝛtiona/
bile. ſicut ⁊ analogia idē ē q̃ ꝓ/
poꝛtio. Et analogũ dꝛ illud nomen
qd ē cõe multis. ſꝫ ꝑ p̄us dꝛ de vno
et ꝑ poſterius ſm quandã ꝓpoꝛtõem
de alio vel de alijs. ſicut ens per p̄us
dꝛ de ſuba q̃ꝫ de accidente. Hec aũt
ꝓpoꝛtio duplex eſt in nominib'. vno
mõ. qꝛ multa hñt ꝓpoꝛtõem ad vnũ
et ſic ſanitas in aiali eſt analogũ ad ſa
nitatē in medicina vt ad cãm. ⁊ ad ſa
nitatē in vrina vt ad ſignũ. Alio mõ
qꝛ vnũ hꝫ ꝓpoꝛtõez ad alteꝝ. ſicut ſa
nitas medicine ad ſanitatē vrine Et
iſte modus cõitatis ē medius inter
p̄mã equocatõem ⁊ ſimplicē vniuo/
catõem. In his eñ q̃ analogice dicũ
tur nõ ē totaliter vna rõ ſicut in vni/
uocis. nec totalit̃ diuerſa ſicut in eq̃/
uocis. Sꝫ nomen qd ſic multiplr dꝛ
ſcat diuerſa ſm ꝓpoꝛtõnem Eſt aũt
drña inter hec tria. qꝛ ſi nomē cõe vel
ipa cõitas deſerat diuidi. Uniuocuz
diuidit̃ ꝑ ſuas ꝓprias drãs. ſicut ge/
nus diuidit̃ ſuis differētijs Equocũ
ãt diuidit̃ ſm diuerſas res ſcatas ſi/
cut canis. Analogũ aũt ſm diuerſos
modos ꝓpoꝛtionales. ſicut ens deſcē
dit in decē p̄dicamēta. vt p̄us dictũ
ē ſm diuerſos modos eſſendi. Ulte/
rius aũt dcm ē q̃ idē nomē p̄t eē eq̃/
uocũ. vniuocũ ⁊ analogũ reſpectu di/
uerſoꝝ ⁊ nõ reſpectu eiuſdē. vt hoc no/
men canis ē equocũ reſpectu latrabi
lis ⁊ ſideris ⁊ piſcis. Eſt aũt vniuo
cũ reſpectu ois canis latrabilis. Eſt
aũt analogũ reſpectu ois canis latra
bilis veri ⁊ reſpectu canis latrabilis
picti. qꝛ ꝑ p̄us de vero cane dꝛ ⁊ per
poſterius ⁊ ꝓpoꝛtionabilr de picto.

¶ Quid eſt denominatiuũ

Denoĩatiua aũt dicunt̃ q̃cũq̃ ſo
lo caſu. i. ſola cadētia vel inclina
tione ad ſubiectũ ab aliq̃ hñt appella/

tionẽ. vt a grãmatica grammaticus. Abſtractũ eñ ⁊ cõcretũ lꝫ differant q̃tum ad materiale ſignificatũ. nõ tñ q̃tũ ad formale. Et iõ notandũ eſt ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ſint ꝓprie denominatiua quattuoꝛ requirunẗ. Primo ꝙ cõueniãt in ṗncipio vocis ⁊ differãt in fine. Scõo ꝙ vnũ ſignificet ꝑ modũ abſtracti ⁊ aliud ꝑ modũ concreti. Tertio ꝙ ꝯueniãt in ſignificato formali. Quarto ꝙ denominans differat eſſentialiter a denomiato. Et hec quattuoꝛ patẽt ĩ hoc qđ dico albedo ⁊ albũ. Et nota q̃tũ ad qu[illegible]tã ꝯditionem ꝙ hꝫ ꝙ veritatẽ generalr̃ ⁊ in omnibꝰ ꝯcretꝭ accidẽtaliũ. In ꝯcretꝭ tñ ſubſtãtie nõ ſic claꝝ eſt. qꝛ vtrũ hõ ⁊ humanitas differant realr̃. queſtio dubia ẽ. Quinta aũt ꝯditio p̃t addi ꝙ opoꝛtꝫ qđ vtriq̃ ſit nomẽ impoſitũ. vt pꝫ in p̄dicamẽtꝭ. De eo aũt qđ eſt incõplexũ ⁊ de eius oppoſito. ſcilꝫ cõplexũ. dictũ ẽ in principio in pꝛimo pꝛeambulo vt eſſet oꝛdo clarioꝛ dicendoꝛum

¶ De noibꝰ ſcđaꝝ intentõnũ cõuenĩetibꝰ incõplexis q̃ ſunt coẽs oĩbꝰ p̄dicamẽtis. Et ṗmo quõ talium ẽ triplex gradus.

Capłm. CCLXXXII

Nunc dicẽdũ reſtat de noibꝰ ſcđe intẽtõis q̃ ꝯueniũt incõplexis ⁊ dicunẗ de incõplexis ſunt tñ coes oĩbꝰ p̄dicamẽtis tã ſubſtãtie q̃ȝ accidẽtiũ. Ubi notãdum ꝙ iſtoꝝ noĩm ẽ triplex differẽtia cũ res in p̄dicamẽto exiſtẽs poſſit ſumi ⁊ in vniuerſali qđ đꝛ reſpectu ꝑticularis. ⁊ in ꝑticulari qđ đꝛ reſpectu vniuerſal̃. Itẽ quedã pñt ꝯuenire rei ꝓut ſic vł ſic ꝯſideraẗ. idcirco q̃dã ſunt nomia ſcđe intẽtõnis q̃ rebꝰ ꝯueniũt vt ꝯſideranẗ in vniuerſali reſpectu ꝑticularis. ⁊ de iſtis pꝛimo dicẽdũ ẽ. ſicut genus ſpẽs ⁊ hmõi. Alia ſunt noia q̃ cõueniũt rebꝰ. vt ꝯſideranẗ in ꝑticulari reſpectu vniuerſalis. ſicut indiuiduũ ⁊ hmõi. ⁊ de iſtis ſcđo diceẗ. Quedã ſunt q̃ ꝯueniũt rebꝰ ſiue ſic ſiue ſic ꝯſideranẗ. ſicut habere ꝓpꝛiũ. ⁊ ſic accñs cõuenit rei ⁊ in vniuerſali ⁊ in ꝑticulari. ſicut aĩalis eſt ꝓpꝛiũ ſentire. ⁊ foꝛtis bñ cãtare. ⁊ accidit homini riſibile. ⁊ foꝛti accidit albedo. ⁊ de iſtis tertio dicetur

¶ Quid impoꝛtetur noĩe generis et noĩne generis generaliſſimi et noĩe gñis ſubalterni.

Capłm. CCLXXXIII

Dicendũ eſt g̊ de noibꝰ ſcđe intẽtionis q̃ rebꝰ ꝯueniunt. vt cõſideranẗ in vniuerſali reſpectu ꝑticularis. Hec aũt ſunt tria q̃tũ ad p̄ſens ꝑtinet. ſcꝫ nom[illegible] generis ſpeciei vel differẽtie. Iſta eñ tria diſtinguunẗ ꝓut impoꝛtãt oꝛdinẽ p̄dicabiliũ q̃tũ ad ea q̃ ſunt vniuerſalia. ſicut pꝫ in arboꝛe poꝛphyriana q̃ in libꝛo ſuo deſcribiẗ. Genus aũt diffinitur a poꝛphyrio ſic. Genus ẽ qđ p̄dicaẗ de pluribꝰ differẽtibꝰ ſpẽ in eo qđ q̇d ẽ. i. eſſentialr̃. Hec aũt diffinitõ magis ẽ rei ſubiecte ipi noĩ q̃ȝ ipius intẽtiõis ⁊ nois. Nõ eñ ipm nomẽ vel ipa intẽtio p̄dicaẗ de ſpẽ. male eñ diceretur. hõ eſt genus. ſꝫ ipa res bene pꝛedicaẗ de ſpẽ. vnde bene đꝛ homo ẽ aĩal. nihilominus expoſitiue hec diffinitõ đt q̇d eſt hoc nomen genus. qꝛ hoc qđ dico genus. eſt quoddã nomẽ ſignificans intẽtionẽ q̃ intẽtio ⁊ qđ nomẽ ꝯuenit illi rei q̃ p̄dicaẗ de pluribꝰ ſpẽbꝰ eſſentialiter. vt ꝙ aĩal pꝛediceẗ de hoĩe ⁊ de boue q̃ differũt ſpẽ. ꝯuenit ſibi ꝙ dicaẗ genus. Ex hoc pꝫ ꝙ diuerſimode accipiẗ genus a grãmatico q̇ dicit ꝙ genus ẽ exploꝛatio ſexus. ⁊ a logyco q̇ đt ꝙ genꝰ ẽ quoddã p̄dicabile. Itẽ etiã nõ accipimus hic genꝰ ꝓut

dr̃ aliquoꝝ genealogia ꝯſanguinita-
tis vel ꝓut ē multoꝝ collectio. ſed ſo
lū dr̃ genus talis intētio q̄ ꝯuenit rei
ꝓut ei plures ſpēs ſuppõunt̃. vt aīa
li bos hō ⁊ aſinus Genꝰ aūt ſic ſum-
ptū diuidit̃ in generaliſſimū ⁊ ſubal-
ternū Generaliſſimū dr̃ genus qđ dr̃
de illo qđ nō hꝫ aliqđ genus ſupra ſe
⁊ iſto mō q2 ſubſtātia in genere nō ha
bet ſupra ſe genus aliud. dr̃ genus ge
neraliſſimū Sꝫ q2 corpꝰ ⁊ corpꝰ aīatū
hn̄t ſupra ſe ſubſtātiā dicunt̃ genera
ſubalterna

## ¶ Quid ſit ſpecies et quot modis dicat̃. et q̄d ſpecies ſubalterna et ſpecialiſſima.

Capl'm. CCCLXXXIIII

Species autē multis modis
dicit̃. q2 vno mō idē eſt quod
mēbroꝝ diſpoſitō pulcra vel
feda. ſicut dicimus ſpēs priami digna
eſt imperio. ⁊ ſic nō loq̄mur hic Alio
mō dicit̃ ſpēs ſimilitudo rei. ⁊ h̄ mō
ſpēs res repſentātes dicunt̃ eē in ſen
ſu vel intellectu. ⁊ nec ſic intendimus
hic. Alio mō diffinit̃ ſpēs a porphy-
rio ſic. ꝙ ſpēs eſt qđ predicat̃ de plu-
ribꝫ differētibꝫ numero in eo qđ q̄d. i.
eſſentialiter. Et ſicut dictū ē de gene
re. ita hec diffinitō magis ꝯpetit rei
ſubiecte intētōni q̄ꝫ noi Unde pōt ex
hoc dici ꝙ ſpēs eſt quoddā nomē ſe-
cūde intētiōis. q̄ intētio vel quod no
mē intētionis ꝯuenit rei q̄ p̄dicat̃ de
pluribꝫ differētibꝫ numero ad differē
tiam generis eſſentialiter. ⁊ ſic de ſpe
cie intēdimus hic. Eſt aūt duplex ſpe
cies. ſcꝫ ſpecialiſſima que nō habet ali
am ſub ſe ſicut homo bos ⁊ huiuſmo
di. Et ſubalterna q̄ habet aliam ſub ſe
ſicut corpus animatū habet aīal. aīal
aūt habet homiem. Et ita idē p̄t eſſe
⁊ eſt genus ſubalternū ⁊ ſpēs ſubal-
terna reſpectu diuerſoꝝ. ſicut aīal eſt
genus ſubalternū. q2 ē ſub altero po-
ſitum. ſcꝫ ſub genere ſubſtātie ⁊ alioꝝ
Et eſt ſpecies ſubalterna. quia eſt ali
qua ſub ea poſita. ſcꝫ homo Ex quo
patet diuerſa acceptō ſpeciei a gram-
matico qui vult aliqua eſſe ſpeciei p̄-
mitiue vel deriuatiue Et a logyco re
ſpectu cuius ſpecies eſt ſecūda inten
tio applicata ⁊ ꝯſequens rem prout
intelligitur. vel prout eſt obiectiue in
itellectu videlꝫ ꝙ ē p̄dicabilis de plu
ribꝫ differētibꝫ numero

## ¶ Quot modis accipitur differentia et quid ſit.

Capl'm CCCLXXXV

Differētia aūt eſt triplex. ſ. cō-
munis ꝓpria ⁊ magis ꝓpria.
Cōmunis dr̃ qua aliq̄d dif-
fert ab aliquo rebꝫ cōibꝫ. vt ſortes al
bus differt a platone nō albo. ⁊ ſic nō
loquimur hic de differētia Alia ē pro
pria. ſcꝫ que facit diſtare accidente in-
ſeꝑabili ſiue cauſet̃ a principio intrin
ſeco ut ſanitas. ſiue extrinſeco vt cica
trix. ⁊ nec ſic accipimꝰ hic. Alia diffe
rētia ē magꝭ ꝓpria q̄ facit alteꝝ ab alte
ro differꝛe ſpecifice. vt rōnale reſpe-
ctu hois. Et ſic differētia ē qđ p̄dicat̃
de pluribꝫ differentibꝫ ſpecie in eo qđ
quale. i. differētia eſt nomē cuiuſdam
intētiōis que intētio conuenit illi rei
quā intellectus ꝯſiderat predicabilē
de ſpecie in quale Differentia eīm licꝫ
ſm rem dicat quid ⁊ ſubſtātiā. tamē
q̄ꝫtum ad modū dicit quale. Et hec
eſt differētia q̄ ē diuiſiua generis ⁊ cō
ſtitutiua ſpeciei ⁊ cōpletiua diffinitō
nis. ⁊ ſic de differentia loquimur hic
Et ſic ptꝫ de noibꝫ iſtis q̄ ſunt genus
ſpēs ⁊ differētia q̄ꝫtū ad ſuā ſignificā
tiā ⁊ ꝯueniētiā ⁊ differētiam

## ¶ De noibꝫ oibꝫ p̄dicamentis cōueniētibꝫ vt cōſiderātur i ꝑticulari

Ca. CCCLXXXVI

Nunc dicēdū reſtat de noibꝫ
ſcōe intētionis que ꝯueniūt

rebꝫ oim generꝫ ſiue ſubſtãtie ſiue ac/
cidentiũ vt ꝯſideraɫ in ꝑticulari Ubi
intelligendũ ꝙ ſicut vniuerſale dr̃ re
ſpectu iuferioris ꝑticularis. ita ꝑticu
lare dr̃ reſpectu ſupioris vniuerſalis.
Habet aũt particulare aliqñ reſpectũ
ad naturã ꝯmunẽ vt ſortes reſpectu
hois. ⁊ hec albedo reſpectu albedinis
in cõmuni. Aliqñ aũt hꝫ reſpectũ ad
naturã ꝯmunẽ ⁊ ad ꝓprietates Si ꝗ
ꝯſideraɫ res in particulari prout ha/
bet reſpectũ ad naturã ꝯmunẽ. ſic im/
portaɫ nomẽ ſecũde intẽtionis ⁊ vo/
caɫ particulare inquãtũ a natura coi
excediɫ. quia natura ꝯmunis in mul/
tis iuenitɫ. hoc aũt particulare in vno
ſolo Si aũt ꝯſideraɫ res in particula
ri per reſpectũ ad naturã ꝯmunem ⁊
ad accidẽs vel ꝓprietates ſic dicitɫ ſin
gulare ⁊ indiuiduũ. ſed indiuiduũ in
quantũ eſt in ſe indiuiſum. ſingulare
aũt inquãtũ ẽ diuiſum ab alijs Et ſic
iſta tria differũt. q: vna ⁊ eadẽ res dr̃
particularis inquãtũ excediɫ a natu/
ra ꝯmuni. ſed indiuiduũ inquantum
eſt in ſe indiuiſum. ſingulare vero in/
quantũ eſt ab alijs diuiſum. Iſta aũt
tria nomina dicunɫ tam de ſubſtãtia
ꝗ̃ de accidẽtibus. vt ſortes ⁊ hec al/
bedo ⁊ quodlibet eſt particulare indi
uiduũ ⁊ ſingulare. Item quodlibet
iſtoꝝ dicitur de toto ⁊ de parte. quia
ſortes ⁊ pars ſortis. qđlibet ẽ indiui/
duũ ſingulare ⁊ ꝑticulare

¶ De nomine proprij et ac/
cidentis que cõueniũt omni ꝑ
dicamentorum tam in vniuer/
ſali ꝗ̃ in particulari cõſideratꝫ
Capitulũ. CCLXXXVII

Modo dicẽdũ ẽ de noibꝫ ſcđe
intẽtionis q̃ ꝯueniũt rebꝫ vel
conſequunɫ res vt ꝯſideranɫ
vel in vniuerſali vel in particulari in
omni genere Hec aũt ſunt duo. ſcilicꝫ
nomẽ accidẽtis ⁊ nomẽ ꝓprij. Ubi in
telligendũ ꝙ rei in omi genere ꝯſide/
rate in vniuerſali vel ꝑticulari poteſt
euenire aliquid quod nõ eſt de eius
eſſentia vł ſubſtãtia. ⁊ hoc dupliciter
Uno mõ ſic ꝙ nõ ſolũ illi rei ſed plu/
ribꝫ alijs. ſicut albedo ſorti ⁊ platoni.
⁊ ſic tale eueniẽs diciɫ accidẽs Et tñ
intelligẽdũ ꝙ accidẽs vno mõ diciɫ il
lud qđ nõ ẽ de ſubſtãtia rei ⁊ ẽ in re ſi
cut in ſubiecto nec ꝑ ſe exiſtẽs vł ſub
ſiſtẽs. nec dãs eſſe rei niſi ſm qđ. ⁊ ſic
albedo ẽ accidẽs. ⁊ ita dr̃ accidens de
nouẽ reꝝ generibꝫ ſolũ Alio mõ dr̃ ac
cidẽs illud qđ nõ eſt de ſubſtãtia ⁊ in
tellectu rei. ⁊ tñ non eſt de rõne ſua ꝙ
ſit in eo ſicut accñs ĩ ſubiecto ſꝫ ꝑ talĩ
ter ſe hñe Et iſto mõ inueniɫ rõ accñtꝫ
ĩ gñe ſubẽ ⁊ ſumiɫ ꝓ extranea natura
rei. ⁊ ſic videɫ accipere accñs Areſto.
in li. ꝑdicamẽtoꝝ caº de relatõne qñ
dr̃ ꝙ hõ accidit ſeruo Uñ etiã ſic ve/
ſtimẽtũ accidit ſorti et q̃litas quãtita
ti. ⁊ differẽtia generi. ⁊ ſic ẽ nomẽ ſcđe
intẽtiõis Et diffiniɫ a Porphirio ac
cidẽs ẽ qđ adeſt vel abeſt ꝑter ſubie/
cti corruptionẽ In q̃ larga acceptõne
noie ſubiecti vocaɫ illud cui tale qđ dr̃
accidere. ⁊ ſic poniɫ inter quinq̃ ꝑdi/
cabilia Et ſi obijciaɫ qđ non videɫ ꝙ
vnũ nomẽ ſit ꝑme vel ſcđe intẽtõnis
Dicẽdũ ꝙ imo Sicut eñ idẽ nomen
ꝑt eſſe equocũ vniuocũ ⁊ analogũ re
ſpectu diuerſoꝝ vt prius patuit Ita
idẽ nomẽ ẽ ꝑme itẽtõis ⁊ ſcđe. vt pꝫ ĩ
hoc noie ſpẽs. ꝓut eñ hoc nomẽ ſpe/
cies dicit rei ſimilitudinẽ ſicut ſpeci/
es in ſpeculo vel in oculo. eſt nomen
prime intẽtõnis. ſed prout nomie ſpe
ciei importatur habitudo illa q̃ rei
conuenit. intellige prout predicabi/
lis eſt de pluribus differentibus nu
mero. eſt nomen ſecunde intentionis
Si autem vlterius obijciatur ſm.
Philoſophuꝫ in primo phiſicorum.
quod vere eſt nulli accidit. exponen/
dum eſt de primo modo. quia ſicut

nulla ſubſtantia accidit alicui. ſed ꝗ̃/
tū ad ſcđm modū qđ vere ē alicui ac/
cidit. Alio mō pōt aliq̃d alicui rei ac/
cidere ꝯſiderate in vniuerſali vel ꝑti
culari qđ nō eſt de eius ſubſtātia vel
eſſentia. tñ ſic ſibi accidit ꝙ vel nulli
alij vel nō oībꝫ alijs ab eo. vel ſaltem
omībꝫ eiuſdē nature. ⁊ hoc dꝛ ꝓpꝛium
vt ſimitas ſoꝛti vel riſibile hoī Dicit̄
aūt ꝓpꝛiū quadruplr̄. vno mō qđ in
eſt ſoli ⁊ nō omī vt eē medicū hoī Se
cūdo qđ ineſt omī ⁊ nō ſoli. vt eē bipe
dē Tertio qđ ineſt omī ⁊ ſoli ſed non
ſp. vt caneſcere hoī Quarto qđ ineſt
ſoli ſpeciei ⁊ omni cōtento ſub ſpē. vt
riſibile hoī. ⁊ hoc dꝛ ꝓpꝛie ꝓpꝛiū. Si/
cut aūt eſt ꝓpꝛietas ſpeciei ita ⁊ indi/
uidui. ⁊ iſtis ꝓpꝛietatibꝫ dꝛ indiuidua
ri. ⁊ ꝯtinent̄ his ꝟſibꝫ. Foꝛma figura
locus ſtirps nomē patria tp̄s Hec ſe
ptē ꝓpꝛia ꝯtinet omīs hō Quamuis
etiā alique iſtaꝝ ꝓpꝛietatū pñt eē cō/
munes diuerſis indiuiduis diuiſim
accepte. tñ nō oēs ſimul Et ita patet
differētia accn̄tis ⁊ ꝓpꝛij. nā oē ꝓpꝛiū
eſt accn̄s. ſed nō ecōuerſo Verū eſt tñ
ꝙ alique ſubſtātie h̄nt modū accidē/
tis ſicut differētie ſubſtātiales ꝗ̃uis
ſint ſubſtātia vl' de ſubſtātia rei. tñ qꝛ
h̄nt modū ꝓpꝛij ꝓpꝛie accepti. idcirco
differētie ſubſtātiales ꝓpꝛietates ſub
ſtātiales dicunt̄. qꝛ etiā aliquod pꝛo/
pꝛiū oꝛit̄ aliquando ex pꝛincipijs ſub
ſtantialibꝫ ſiue ſpeciei ſiue indiuidui
ideo etiāȝ tales ꝓpꝛietates ꝗ̃uis ſint
accidētia. quia oꝛiunt̄ a pꝛincipijs ſub
ſtātialibus dicūtur pꝛopꝛietates ſub
ſtātiales per comparationeȝ ad illas
qꝛ ſic nō oꝛiunt̄ que dicūt̄ accidētales
Et hoc de pꝛopꝛio ⁊ accidente dictū
ſufficiat.

¶ De nominibꝫ ſecūdaꝝ in/
tentionū cōuenietibus generi
ſubſtātie ſolū. Et pꝛimo q̇d ſi/
gnificent. quō ſe h̄nt ad inuicē
hec duo. ſ. ſuppoſitū ⁊ hoc ali/
q̇d. Capl'ꝫ. CCCLXXXVIII

Modo reſtat dicēdū de noībꝫ
ſcđe intētionis. q̄ ſolū ꝯueni
unt his q̄ ſunt de p̄dicamēto
ſubſtātie. ⁊ ſic de alijs Noīa aūt ſcđe
intētionis reſpectu reꝝ in vniuerſali
cōſiderataꝝ nō variant̄ ꝗ̃tū ad gen⁹
ſubſtātie ⁊ accidētis. qꝛ eodē mō diui
dit̄ gen⁹ ⁊ ſpēs ⁊ h̄mōi de ſubſtātia
⁊ accidētibꝫ Sed reſpectu reꝝ ꝯſide
rataꝝ in particulari noīa ſcđe intētio
nis variant̄. Nā aliqua noīa ſcđe intē
tionis ꝯueniūt particularibꝫ ſubſtan
tie qđ nullo mō particularibꝫ acciden
tiū. ſicut hoc qđ dico ſuppoſitū Hui⁹
aūt cauſa ē duplex Una quidē qꝛ ſe/
cūde ſubſtantie q̄ ſunt res ꝯſiderate
in vniuerſali. magis vident̄ ſignifica
re quale q̇d ꝗ̃ hoc aliq̇d. vt dicit̄ in p̄
dicamētis Et qꝛ accidētale q̇d. i. qua
le magis ꝗ̃ hoc aliquid ſignificāt. iō
eadē noīa ꝯueniūt vniuerſalibus ſub
ſtātie ⁊ accidentiū Sed particularia
ſubſtātie ſ̄cant hoc aliq̇d q̄ ſunt p̄me
ſubſtātie vt dicit ibidē Phus. nō āt
particularia accidētiū Ideo ſpeciali/
bus noībꝫ ſcđe intētionis ꝑticularia
ſubnominant̄. Itē ſunt nobilioꝛa en/
tia ⁊ habēt nobilioꝛē modū eſſendi ⁊
ſingularē. ⁊ iō ſingularia noīa eis con
ueniunt q̄ eoꝝ ſingularitatē in entita
te ⁊ nobilitate ⁊ mō eſſendi poſſint ex
pꝛimere. Hec aūt ſunt duo. ſcȝ nomē
ſuppoſiti. ⁊ hoc nomē hoc aliq̇d. que
dicunt̄ ſic de particularibꝫ ſubſtantie
⁊ nullo mō de indiuiduis accidētiuȝ
Hoꝝ ū aūt noīm natura ſic videri p̄t
qꝛ particulare ſubſtātie hȝ duplicem
ſui ꝯſiderationē. Unā ꝑ reſpectū ad
naturā ꝯmunē cui ſubijcit̄. q̄ natura ꝑ
particulare ſubſiſtit ⁊ ab hac ꝯditiōe
imponit̄ ſibi nomē vt ſuppoſitū dicat̄
quaſi ſub alio poſitū. vt ſoꝛtes poſſet
dici ſuppoſitū reſpectu nature huma

ne q̄ iportat̄ in cōi ⁊ vl̄i hoc noīe hō
hꝫ nihilominꝰ ꝑticulare ſubſtātie ali
quā ꝯſideratōem reſpectu ſui.inq̄ꝫtū
nō habēdo reſpectū ad naturā cōem
cōſiderat̄ ꝙ pt ꝑ ſe ſubſiſtere. in quo
differt ab accidēte. ⁊ ē qōdā ens cō/
pletū ꝑ ſe hñs eē cōpletū. in q̄ differt
a parte vñ hꝫ rōem totius. Et ab illis
duabꝫ ꝯditionibꝫ q̄ nō ſunt in indiui
duis accidentiū. ꝑticulare vel indiui
duū ſubſtātie dr̄. ⁊ vocat̄ hoc noīe h̄
aliq̄d. q̄ſi ꝑ ſe ens. vt q̄ſi ꝑ ſe aliq̄d ex/
iſtens cōpletū. Et ita patꝫ q̄d ꝯcent.
in q̄ ꝯueniūt. ⁊ in q̄ differunt hec duo
ſcꝫ ſuppoſitum ⁊ hoc aliquid

¶ Quid importetur nomine
ſuppoſiti. ⁊ quot modis dicit̄.

Cap. CCLXXXIX

Ad pleniorē hoꝝ noticiā ſci/
endum ṗmo de ſuppoſito. ꝙ
ſuppoſitū dr̄ q̄ſi ſub alio poſi
tum. q: ſcꝫ nature cōmuni ſupponit̄.
Suppoſitū eñ dr̄ reſpectu nature cō
munis cui ſubicit̄. Poteſt aūt aliq̄d
poni ſub alio in genere ſube dupl̄r.
Uno mō ſicut inferiꝰ ꝑticulare ſup/
ponit̄ ſuperiori vl̄i in quo ꝯtinet̄ na/
tura cōis. vt ſortes homi. ita tñ ꝙ in
ferius ſit ꝑ ſe ſubſiſtens. ſupius autē
ſubſiſtat ſolū ꝑ inferiꝰ. Et ſic ē ꝓpria
loquutō de ſuppoſito. ⁊ ſic nomē ſup
poſiti ꝯuenit ſolū ꝑticularibꝫ ſuppoſi
tis de genere ſubſtantie. ⁊ ſic loq̄mur
hic de ſuppoſito. Alio mō ſupponitur
aliq̄d alteri vt ꝯcretū abſtracto. ⁊ ſic
ſupponit̄ hō humanitati. ⁊ tūc hō dr̄
ſuppoſitū. humanitas aūt dr̄ natura.
Et q: tā in genere ſubſtātie q̄ꝫ in ge/
neribꝫ accidentiū inuenit̄ ꝯcretum et
abſtractum in vl̄i ⁊ ꝑticulari. idcirco
ſuppoſitū ⁊ nomen ſuppoſiti ſic acce/
ptū ꝓ ꝯcreto. ⁊ natura accepta ꝓ ab
ſtracto. cōuenit ꝑticularibꝫ generibꝫ
ſubſtātie. Uñ dicimus ꝙ ſortes eſt
ſuppoſitū. q: accipit̄ in ꝯcreto. ſortei/
tas eſt natura. q: accipit̄ in abſtracto.
Cōuenit etiā vl̄ibus. vñ ſicut hō eſt
ſuppoſitū. q: accipit̄ in ꝯcreto. huma
nitas aūt natura. q: accipit̄ in abſtra
cto. Idē ē in generibꝫ accidētiū. Uñ
accipiendo ſuppoſitū ꝓ ꝯcreto. albū
erit ſuppoſitū. albedo aūt q̄ eſt abſtra
ctū erit natura. Hec aūt ſuppoſita cū
nihil ſint niſi concreta ſunt in triplici
drña. ſicut ſuperius dictū eſt in capi
tulo de concreto.

¶ Quid importetur nomine h̄
aliquid et quibus conueniat.

Capl̄m. CCXC

Quantū aūt ſcd̄o ad rōem et
modū huiꝰ noīs hoc aliq̄d.
Sciendū ꝙ aliq̄d inuentuꝫ
eſt ꝓ̄ſcatiuū eſſentie. q̄ q̄dē eēntia vir/
tute huius ꝓnoīs demōſtratiui hoc
ꝓ̄ſcat vt ſignata indiuiduata. Significa
re eñ hoc aliq̄d nihil aliud eſt q̄ꝫ ꝓ̄ſca
re ſubam ſignatā ⁊ indiuiduatā. De
cuius rōne ſunt duo. Primum eſt ꝙ
poſſit ꝑ ſe ſubſiſtere ⁊ exiſtere. ⁊ iō ab
eius rōne excludunt̄ accidētia q̄ non
pñt ꝑ ſe ſubſiſtere ⁊ exiſtere ſꝫ in alio.
et iō nō pñt dici hoc aliq̄d. Secūdū
ꝙ habeat eſſe cōpletū ꝑ modū totius
in aliquo genere vel aliq̄ ſpecie ſube.
Et iō ꝑtes quātitatie. vt pes vel ma
nus in hoīe. vl̄ ꝑtes formales. vt aīa
et corpus excludunt̄ a rōne formali
huius qd̄ ē hoc aliq̄d. q: nō hñt eſſe
ꝑ ſe cōpletū. ſꝫ in toto. qd̄ tñ intelligē
dū ē q̄ꝫ diu ꝑtes ſunt in toto ⁊ ꝯiun/
cte toti vel toto. q: de diuiſis a toto
vel ſeparatis ab inuicē ſecus eēt. vt
dr̄ Phs in ṗdicamentis. pes manꝰ
et hmōi magꝭ nomināt ꝑtes ſubſtā
tiaꝝ q̄ꝫ ſubas ṗmas vel ſcd̄as. quia
nō ꝑticipant naturā cōplete alicuiꝰ
ſpēi. Et iō nota ꝙ aliq̄ dicunt̄ h̄ ali/
q̄d a duplici ꝓprietate. ſcꝫ q: pñt ꝑ ſe
ſubſiſtere ⁊ hñt eē cōpletū in aliqua
ſpē ſubſtātie ſicut indiuiduū. ⁊ ſic ſor

ges ďr hoc aliq̇d. ⁊ hec eſt ꝓpria acce/
ptio huiꝰ qḋ dico hoc aliq̇d. Alia di/
cunť hoc aliq̇d ab vnica ꝓprietate. ſcʒ
ab iſta q̄ ē habere eſſe ꝑ ſe ſubſiſtens.
licet nō habeat eē cōpletū in aliq̄ ſpe
cie ſubſtātie. Et hoc mō aīa q̄ nō eſt
ſpēs ſʒ ps ſpeciei. ſcʒ humane. q̄uis
nō habeat eſſe cōpletū in ſpecie deter
minata. qꝛ tñ a corꝑe ſeparata p̄t per
ſe ſubſiſtere p̄t dici ⁊ ďr hoc aliquid
. Et idē p̄t dici de ꝑtibꝫ quātitatiuis
ſeparatis a toto. qꝛ tunc hn̄t rōnem
totius ⁊ ꝑ ſe exiſtentis. vt de pede vl
manu p̄ciſis. Et qꝛ in vtriſq̄ ꝑtibus
deficit vna rō huius qḋ dico hoc ali/
q̇d. idcirco nō ita ꝓprie ďr hoc aliq̇d
de aīa vel de ꝑtibꝫ quātitatiuis actu
a toto ſeparatis. ſicut de indiuiduis
ſubſtātie habētibꝫ eē cōpletū in aliq̄
ſpecie ſubſtātie ⁊ potentibꝫ ꝑ ſe ſub/
ſiſtere. Et ſic p₃ in quo differūt iſta
duo noīa ſuppoſitū ⁊ hoc aliq̇d. ⁊ in
quo ꝯueniunt. Cōueniunt q̇dē in h̄
ꝙ vtrūq̄ tā ſuppoſitū q̄ hoc aliquid
dicūt indiuiduū in genere ſubſtantie
ſʒ ſuppoſitū ďr indiuiduū ſubſiſtens
hn̄s eſſe cōpletū in genere ſubſtātie
ꝑ reſpectū ad naturam cōmunē q̄ in
eo ⁊ in multis alijs reperiť. Sʒ hoc
aliq̇d ꝓprie q̄tum ad duas ꝯditōnes
ďr indiuiduū generis ſubſtantie ꝑ ſe
ſubſiſtens habens eſſe cōpletū in ſpe
cie ſubſtantie. vt ſortes. Scḋm vnā
cōditōem vero ⁊ nō ita ꝓprie ďr ſolū
illud qḋ in genere ſubſtantie p̄t ꝑ ſe
ſubſiſtere q̄uis nō habeat in aliq̄ ſpe
cie eſſe cōpletum. ſicut aīal rōnale. in
nullo aūt iſtoꝝ hoc aliq̇d ďr ꝑ reſpe
ctum ad naturā cōmunē. Ex hoc ap
paret ꝙ q̄uis anima ſeparata poſſit
eſſe hoc aliq̇d. tamē nō p̄t eſſe ſuppo/
ſitum aliquo mō. ſed ei cōpetit in cō/
iuncto vt ſit illud quo ſuppoſitū ſub
ſiſtit tanq̄ forma partis ſcʒ corporis.
Ex quo etiā pa₃ ꝙ ſuppoſitū ⁊ hoc
aliquid nō dicunť de aliquo indiui/
duo accidentiū. nec de ꝑte aliqua in/
diuidua alicuius totiꝰ in genere ſub
ſtantie q̄ diu eſt coniuncta toti

¶ Breuis recollectio omniuʒ nominū ꝑtinētiū ad indiuidua omniū generꝝ q̇d importēt. vñ ſumunť. ⁊ quō differunt Et ſunt iſta ꝑticulare. idiuiduū. ſinglare. res na/ ture. ſuppoſitū. h̄ aliq̇d. hypoſtaſis.

Capl̄m. CCCXCI

Ex hoc ⁊ ex p̄cedentibꝫ pa₃
breuiter colligi p̄t ꝯuenie/
⁊ drña oīm noīm p̄cantiū
indiuiduū tam in genere ſubſtantie
q̄ in generibꝫ accidentiū. ſiue ſint no
mina p̄me intentōnis ſiue ſcḋe. quo
rum ꝯuenientia ⁊ drña dubitatio vt
cōmunius in vſu ꝯueniūt eſſe poteſt.
Et ſunt iſta. ſ. particulare. indiuiduū
ſingulare. res nature. ſuppoſitum. hy
poſtaſis. ꝑſona. hoc aliquid. quia ali/
qua iſtoꝝ cōmunia ſunt generibus
ſubſtantie ⁊ accidentiū. ſicut iſta. ꝑti
culare. indiuiduū. ſingulare. tñ diffe/
runt rōne diuerſa. Nā licet eſſe ꝑti/
culare dicať ꝑ reſpectū ad naturā cō
munē. aliqḋ tñ ďr ꝑ reſpectū ad natu
ram cōmunē ſine reſpectu ad ꝓprieta
tes ⁊ ad accidētia Et qꝛ ſic ſꝑ ꝑticu
lare a natura cōmuni excedit̄ur. ideo
ab iſta duplici ꝯditōe tam in ſubſtan
tia q̄ accidentibꝫ ſumptū eſt hoc no
men ꝑticulare. Aliqḋ autē ꝑticulare
h₃ reſpectū ad naturā cōmunē ⁊ ad
accidentia ⁊ ad ꝓprietates ſimul. et
penes iſtū reſpectū ſumunť iſta duo
noīa. ſcʒ indiuiduū ⁊ ſingulare. ſʒ di/
uerſa rōne. qꝛ indiuiduū ďr in q̄tum
ē in ſe indiuiſum. ſʒ ſingulare in q̄tuʒ
eſt ab alijs diuiſum. ⁊ hō diuiſus con
ſortio vel vita ab alijs ſingularis ďr
Sicut aūt hec dicunť de ſubſtantia ⁊
accidentibꝫ. ita de toto ⁊ de ꝑtibus.
Alia aūt dicunť ſolum de indiuiduis
generis ſubſtantie et de toto ⁊ non

de ꝑtibus ꝓprie. nec aliquo mō de ac
cidentibꝫ. ſed differēter ſic dicunꝰ. qa
ꝑut ꝑticulare ſubſtantie nō hꝫ reſpe
ctum ad naturam cōmunē ꝑciſe no/
minatur nomine ꝑme intentōis hoc
ſcꝫ nomine res nature. Nomine ve/
ro ſcđe intentōnis hoc noie ſuppoſitū
inquantum ſuperius ſubſiſtit in eo.
ſed inquātum cōſiſtit ꝛ habet eſſe cō
pletum. nominatꝰ hoc noie hoc aliqd
ꝓprie. licet aliter large dicatꝰ de ꝑtibꝫ
ſeꝑatis. Ut aūt ꝑticulare generꝭ ſub
ſtantie hꝫ reſpectū nō ſolum ad natu
ram cōmunē. ſed etiam ad accidētia
et ꝓprietates. ſic tale ꝑticulare nomi/
natur nomine ꝑme intentōis in om/
nibus ſubſtantijs hypoſtaſis. ſed in
ſubſtātijs nature ītellectualis ꝓpter
dignitatē ꝛ nobilitatē habent ſpecia/
le nomen ꝛ dicuntur perſona

## ¶ De nominibꝫ ſecūdaꝝ inten tionū ꝑtinentiū ad genus qua litatis. ꝛ ſpecialꝛ de attributo. Capłm. CCXCII

Nunc dicendū eſt de nomini/
bus ſcđe intentōnis q̄ ꝯue/
niunt rebus de genere q̄lita
tis. Et qꝛ vnū eſt ſpecialiter ignotū
et difficilius qđ dꝛ attributū qđ ſin/
gulariter dꝛ de indiuiduis. iō de illo
ſolo hic determino. cuius vſus ē apđ
theologos. ſm qđ dicunt in deo eſſe
multa attributa. ſicut iuſticiam ſapi
entiam ꝛ hmōi. Eſt ergo intelligen/
dū ꝙ nomen attributi ſumptū ē a tri
buendo. nō abſolute ſꝫ a tribuendo
ab alio. Unde attributum dꝛ quaſi
ab alio tributum. vt cum aliquis il/
lud quod videt in aliquo attribuit
alteri. ꝓpter hoc ꝙ ex illa re viſa ꝛ co/
gnita cognoſcitur aliquid eſſe tale in
illo cui illud attribuitꝰ. ſicut ſi cogno/
ſcerem leonē fortem eſſe quia habet
magna ꝛ groſſa brachia. ꝛ cognoſce/
rem fortem habere ꝓportionalitꝰ ma/
gna brachia. cognoſcerem in forte eſſe
fortitudinē ꝛ ſibi illam attribuerē. et
ſic fortitudo attributa forti poſſet di
ci attributum. Ex his aūt que in cre
aturis cognoſcimus aliqua talia eſſe
in deo. ideo ea que ex creaturis deo
attribuimus. attributa dei dicūtur.
Sciendū eſt tamē ꝙ aliqua in deo eē
cognoſcimus ꝑ creaturas. aliqua ve
ro a creaturis. Per creaturas cogno
ſcimus in deo eſſe ſimplicitatē ꝛ im/
mutabilitatē ꝛ hmōi. que nullo mo/
do ſunt in creaturis. ſed ꝑ creaturas
ea eſſe in deo cognoſcimꝰ. A creatu/
ra aūt cognoſcimꝰ aliq̄ eſſe in deo du
pliciter. Uno modo ab eis que ſunt
de eſſentia creature. ꝛ ſic cognoſcimꝰ
in deo eē ſubſtantiā ꝛ hmōi. Alio mō
ab eis q̄ nō ſunt de eſſentia creature.
ſed ſunt q̄dam accidētales ꝑfectōes
ſuꝑaddite eſſentie. ſicut ſciētia iuſti/
cia ꝛ hmōi. ꝛ hoc mō cognoſcimꝰ in
deo a creaturis eē ſapientiā bonitatē
et iuſticiā ꝛ hmōi. Prima q̄ attribuū
tur deo ꝑ creaturas ꝛ in creaturꝭ nō
ſunt. nō dicunꝰ attributa ꝓprie. ſꝫ ſo/
lum larga noīs extēſione. qꝛ nō ſunt
ab alio. ſꝫ ſolū ꝑ aliud attributa. Si/
militer ſcđa attributa q̄uis ab alio
tribuanꝰ. qꝛ tñ dicunꝰ nō ab alio. cuꝫ
nō tribuunꝰ quaſi aliqd ſuꝑadditū.
ꝓprie attributa nō ſunt. Tercia autē
attributa ſolum ꝓprie attributa ſunt
Ex q̄ patꝫ ꝙ tria dicunꝰ eē de rōe at/
tributi ꝓprie dicti. Primo ꝙ ipm qđ
dꝛ attributum habeat ſub ſe aliquid
cui vt ſubiecto fiat attributio. ſicut
iuſticia attribuitꝰ hoī. Scđo ꝙ ſit qd
nobile ꝛ ad nobilitatē ꝑtinens. ſicut
ꝙ melius vel nobilius ſit habens nō
habente. Tercio ꝙ aliquo modo in/
ueniatur in creaturis. Prima condi/
tio deficit in eſſentialibꝫ ꝛ in priuati/
ue dictis. Secunda in his que dicūt
imperfectōem. Tercia in illis q̄ nō
reperiunꝰ eſſe in creaturꝭ. ſicut eter/

nitas. iō relinquit̄ ꝙ attributū dicat̄ ſolū de nobilioribꝫ q̄litatibꝫ. vt ſunt ſapientia iuſticia ⁊ hmōi. Et hoc de q̄litatibꝫ ⁊ de noībꝫ ſcd̄e intētōis q̄litatem importātibꝫ dictū ſufficiat. ⁊ de attributis ſic acceptis agitur in primo ſententiarū. diſtinc. ij.

## ¶ De nominibꝫ ſecundaꝝ intētionū q̄ cōueniūt generi relatōnis. Caplm. CCXCIII

Modo reſtat videndū de nominibꝫ ſcd̄e intētiōis q̄ ꝯueniunt relatōibꝫ ⁊ his q̄ ſunt de genere relatōnis. Et q꜡ vnū tale nomē hꝫ vſum cōem ⁊ ſpecialē difficultatē apd̄ theologos ⁊ ponit̄ ⁊ d꜡ in diuinis. ſcꝫ hoc nomē notio a quo hoc nomē notionale deſcēdit. iō ſoluꝫ de his duobꝫ dicendū ē. Et p̄mo de notione. ſcd̄o de notionali. Circa primum dicēda ſunt q̄ttuoꝛ. Primo dicendū eſt q̄d ſit notio. vn̄ d꜡ ⁊ quō ſe hꝫ ad relatōem ⁊ ꝓprietatē. Scd̄o q̄ notōes ꝑſonales vel ꝑſone ⁊ q̄ ſint ⁊ q̄ nō. Tercio q̄ ſunt ꝯditōes req̄ſite ad hoc ꝙ aliq̄d ſit ꝓprie notio in diuinis. Quarto quot ſunt notōes ⁊ eorum ſufficientia.

## ¶ Quid ē notio vn̄ d꜡ ⁊ quō ſe habet ad relatōnem ⁊ ꝓprietatem et quō ꝯueniunt ⁊ quō differunt.

Quantū ad p̄mū ſciendū ꝙ hoc nomē notio a noſcēdo dictū eſt. non q꜡ noſcat̄. ſꝫ q꜡ noſcēdi ⁊ cognoſcēdi p̄ncipiū eſt vt aliq̄d ꝑ aliq̄d cognoſcat̄ Et q꜡ q̄dā relatōnes ſunt in diuinis q̄ ſunt p̄ncipiū cognoſcēdi diuerſas ꝑſonas. idcirco rōnes dicunt̄. de q̄bꝫ vna cū q̄buſdā alijs vt habeat̄ noticia plenioꝛ. Sciendū ꝙ notio. ꝓprietas, relatio eidē rei ꝯueniūt. ⁊ idē aliq̄liter ſunt realr̄. vt paternitas eſt notio ꝓprietas ⁊ relatio patris Sed q̄tū ad aliq̄ dr̄ñt. ⁊ hoc tripl̄r Primo q̄tū ad rōem r̄latōnis. qd̄ ſic videri p̄t. quāuis eīm paternitas in patre eadē realr̄ exiſtēs ſit notio. ꝓprietas ⁊ relatio. tm̄ rōne diuerſa. q꜡ notio d꜡ in q̄tū ē p̄ncipiū formale innoteſcendi patrē. Dicit̄ aūt ꝓprietas in q̄tū ſoli cōuenit patri. Dicit̄ āt relatio ſm ꝙ pater refert̄ ad filiū Et ita q̄uis ſint idē realr̄ tm̄ differūt illo mō q̄tuꝫ ad rōem r̄latōnis. Scd̄o differūt q̄tū ad ordinē intelligendi. q꜡ cum nihil poſſit eē p̄ncipiū innoteſcēdi aliquid niſi ſit ſibi ꝓpriū. ideo itellectus ꝓprietatis eſt p̄oꝛ intellectu notionis. vn̄ p̄mo itel[ligi]t̄ vt ꝓprietas q̄ꝫ vt notio Et q꜡ nihil ē ꝓpriū alicui rei niſi ſit diſtinctū ab alijs. ⁊ in diuinis non ſit diſtinctio niſi ꝑ oppoſitōem relatōis intellectū ꝓprietatis oꝑtet ꝙ p̄cedat intellectꝰ relatōis. ⁊ ſic q̄uis paternitas ſit notio ꝓprietas ⁊ relatiō. tm̄ intellectꝰ relatōis p̄cedit intellectuꝫ ꝓprietatis. ⁊ intellectꝰ ratōnis ⁊ ꝓprietatis intellectū notionis in eodē realr̄. Tercio aūt differūt q̄tū ad numeꝝ. q꜡ notōes ſunt q̄nq꜡. ſcꝫ paternitas. filiatio. ꝓceſſio. innaſcibilitas. et cōis ſpiratio. Haꝝ aūt q̄nq꜡ notionū q̄ttuoꝛ ſunt tm̄ ꝓprietates. q̄a illa ſunt ſolū tm̄ ꝓprietates q̄ vni ꝑſone ꝑ ſe tm̄ ꝯueniūt. vt paternitas. innaſcibilitas ꝯueniunt ſoli patri. filiatio aūt ſoli filio. ⁊ ꝓceſſio ſoli ſpiritui ſancto. Cōmunis aūt ſpiratio nō p̄t dici ꝓprietas niſi ſm q̄d cū ſit duoꝝ. ſcꝫ patris ⁊ filij. Haꝝ aūt q̄nq꜡ notionū q̄ttuoꝛ ſunt tm̄ relatōes. ſcꝫ paternitas. filiatio. ꝓceſſio. cōis ſpiratō Innaſcibilitas ꝟo nō ē ꝓprie relatio. niſi ꝑ reductōem ſm ꝙ negatio reducitur ad genus affirmatōnis. vt nō homo ad genus hominis.

## ¶ Que ⁊ quot predictaꝝ ꝓprietatum ſunt perſonales. et que et quot ſunt perſone. Caplm. CCXCIIII.

SEcundo ſciendū ē vlterius ꝙ haꝝ ꝙ̄ttuoꝛ ꝓprietatū aliq̄ ſunt pſonales ⁊ pſone. alique nō ſunt pſonales ſ; ſolū pſone. Perſone ⁊ pſonales ſunt ille q̄ in pſona ſoli pſone ꝯueniunt. ⁊ ad modū dr̄ītie ſubſtātialis pſonā illā ꝯſtituūt ⁊ iſte ſunt tres tm̄. ſc; paternitas. filiatio et ꝓceſſio. Paternitas em̄ ſoli patri ꝯuenit ⁊ patrē ꝯſtituit. Eode; mō ſe h; filiatio ad filiū ⁊ ꝓceſſio ad ſpiritūſanctū. Innaſcibilitas em̄ ſoli patri ꝯuenit. ſ; pſonā patris nō ꝯſtituit. Vn̄ ꝗuis ſit ꝓprietas pſone nō tn̄ ē pſonalis. Proprietates āt pſone dicunt̄ ꝙ̄ttuoꝛ. ſc; innaſcibilitas. paternitas. filiatio ⁊ ꝓceſſio. Cōmunis āt ſpiratio nō ē ꝓprietas. ⁊ p ꝯſequens nō ē ꝓprietas pſonal' vel pſona. qꝛ nō eſt vnius ſ; duoꝝ. ſc; patris ⁊ filij.

¶ Tria req̄runtur ad hoc ꝙ aliq̄d ſit notio ⁊ q̄ ſunt iſta tria Capl'm. CCCXCV

EX his pt faciliter patere tercia ꝯditō. ⁊ rō iſtaꝝ notionū q̄ talis ē. Ad hoc em̄ ꝙ in diuinis aliquid poſſit dici notio tria req̄runtur. Primū ē ꝙ ptineat ad originem. qꝛ pſone ſolū rōnib; originis diſtinguunt̄. Scd̄m ē ꝙ ptineat ad dignitatē. qꝛ pſona ē ſuppoſitum diſtinctionū ꝓprietate ad dignitatē ptinēte. Terciū ꝙ dicat aliq̄d ſpeciale. q̄a cōe nō pt eē ꝑncipiū ſufficiēs innoteſcendi alicui ſingulari ⁊ ſpeciali. Et he ſunt tres ꝯditōes de rōe notionis

¶ Sufficiētia ⁊ numer⁹ q̄nq; notionū. ⁊ ꝙ nō pn̄t eē pl'es vel pauciores. Ca. CCCXCVI

PRedictis oib; ſuppoſitis faciliter pt; iſtaꝝ notionū numerus ⁊ ſufficientia q̄ ſic ſumitur. Hoc q̄dē qđ in diuinis ad originem ptinet pt ſ̄cari vel affirmatiue vel negatiue. Si affirmatiue. vel dicitur ſ̄m rōnem ꝑncipij vt a q̄ alius. vel ſ̄m rōnem eius qđ ē a ꝑncipio vt q̄ ab alio. Vtrūq; aūt iſtoꝝ dr̄ originem in cōi. vn̄ neutꝝ poteſt eē notio. Oportet ḡ ꝙ determinet̄ q̄ ad ſpecialem modū originis. q̄ nō pt eſſe niſi duplex. vt ꝓbat̄ ꝑmo ſententiaꝝ. ſc; p modū nature ⁊ p modū amoris. et ſ̄m vtrūq; habemus duas relatōes. Vnā q̄ deſignat rōe; ꝑncipij. ⁊ aliā q̄ deſignat rōem eius qđ ē a ꝑncipio. et ſic ſunt ꝙ̄ttuoꝛ notiones. Due q̄ntum ad modu; originis. ſc; paternitas q̄ deſignat rōem ꝑncipij ⁊ eius a q̄ alius. ⁊ ē in ſolo patre. Et filiatio q̄ deſignat rōem ei⁹ qđ eſt a ꝑncipio et qđ ab alio p modū nature. ⁊ ē in ſolo filio. Alie due ſunt q̄tū ad originē p modu; amoris. ſc; cōis ſpiratio q̄ deſignat rōem ꝑncipij ⁊ a q̄ vl' a q̄b; alius. Et ſic ē in patre ⁊ filio. ꝓceſſio q̄ deſignat rōem eius qđ ē ab alio vel ab alijs. ſ; tn̄ p modū amoris. ⁊ ſic ē ſolū in ſpūſancto. Si aūt ptinens ad originē ſ̄cet̄ negatiue. tūc vel negat̄ rō ꝑncipij. vel rō eius qđ ē eē a ꝑncipio. Si neget̄ rō ꝑncipij. nō eſt ad dignitatē ptinens. ⁊ iō nō pt eſſe notio. ſc; nō eē ꝑncipiū alicui⁹ pſone diuine. Si negat̄ rō ei⁹ qđ ē a ꝑncipio. vl' in ſpeciali vel in generali. Si in ſpeciali nō pt eē notio. qꝛ quāto affirmatio ē magis ſpecialis tāto negatio oppoſita h; magis de entitate ⁊ magis eſt ens. vt ꝓbi grā. ſicut hec affirmatō. ē hō tāq; ſpecialis. ⁊ hoc ē aīal tāq; generalis. magis h; de entitate non hō q; nō aīal. qꝛ plura deſtruunt̄ ad nō aīal q; ad nō hoīem. Vn̄ nō aīal deſtruit hoīem ſ; nō hō nō deſtruit aīal vn̄ hec eſt vera ꝙ ſpecialioꝛ negatio plus habet de entitate q; generalioꝛ. et quāto affirmatio eſt ſpecialioꝛ. tāto negatio ei oppoſita habet plus de entitate. Si aūt negat̄ ratō eius qđ eſt a ꝑncipio in generali. ſic erit nega

tio ſpecialis ⁊ ad dignitatē ꝑtinens faciens notionē patris. ⁊ erit innaſcibilitas ꝑ priuatōem natiuitatis ſqua importatur non eſſe ab alio.

## ¶ Quid importat hoc nomen notionale ⁊ quibus conueniat

Capitulum. CCCXCVI

Quantū ad hoc nomē notionale ſciendū ꝙ ſicut ſe habet innotionale ad innotōnem. ita ſe hʒ notionale ad notionē. Et iō ſatis poteſt haberi expoſitio vocabuli ex dictis in capitulo de innotionali ſed vt fiat amplius manifeſtū Sciendum eſt ꝙ notionale eſt denoīatiuū. Denominat autē tria. Primo ipas notiones de quibus ṗmo dictum ē. et hec denominatio eſt denominatio eſſentialis. ⁊ ſic paternitas filiatio ⁊c̄ dicunt̄ aliquid notionale Scdo dicūtur actus notionales. illi q̄ egrediuntur a ꝑſona habente notionē. vel terminantur ad ꝑſonam habentē notionem ꝓut reſpicit notionē. ⁊ ſic reſpectu patris generare eſt actus notional'. ⁊ reſpectu filij generari. reſpectu ſpūſſancti ſpirare ⁊ ſic de alijs. Tercio dicunt̄ noīa ⁊ verba notionalia. Nomina q̄dem que ſ̄cant p̄dictas quinq̄ notiones. ⁊ ſic paternitas eſt nomē notionale ⁊ ſic de alijs. Verba notionalia q̄ ſ̄cāt actus p̄dictos. et ſic generare ⁊ ſpirare ſunt v̄ba notionalia. ⁊ ſic de alijs. Non occurrit mihi aliqđ nomē alicui⁹ ſcđe intētionis ad alia genera ꝑtinēs de quo ſm intentionē ꝓpoſitam aliq̄d ſit dicēdū et ideo finem dictis de talib⁹ ſcđis intentionib⁹ ponim⁹ ⁊ dicēdis. Nec aliquem moueat ꝙ hec nomina attributum. notio. notionale inter ſecūdas intentōnes poſui. quia q̄uis ſit diſputabile verū ad ṗmas vel ſcđas intentōnes ꝑtineant. non eſt magna vis facienda. in hoc tamen maiorū ⁊ plurinm ſententiam ſum ſequutus.

## ¶ De noībus ſecundaꝝ intentionū que cōplexis cōueniunt.

Capitulum. CCCXCVII

Reſtat dicendū de nominib⁹ ſecundaꝝ intentionū que cōplexis cōueniunt. Circa qđ dicendū eſt primo de nominib⁹ ſecūdarū intentionū que cōueniunt ipis cōplexis. Scđo dicendū eſt de eis q̄ cōueniunt q̄buſdam ꝯditionib⁹ ipſorum cōplexoꝝ. Quantū ad ṗmum occurrunt iſta vndecim. ſcʒ oratio. enunuciatio. definitio. queſtio. ꝓpoſitio. ṗmiſſa. ꝯcluſio. argumentū. ſyllogiſmus. inductio. enthymema. de q̄bus per ordinem dicendū eſt

### ¶ Quid ē orō ⁊ q̄ ſunt ſpēs ei⁹.

ORatio eſt vox ſignificatiua ad placitū cuius partes ſeꝑate aliquid ſ̄cant. vt hic patʒ. homo currit Iſtaꝝ aūt orationū. alia ē ꝑfecta alia impꝑfecta. Et eſt illa ꝑfecta que ꝑfectum ſenſum generat in animo auditoris. cuius partes ipam cōponētes ſunt nomē ⁊ verbum. vt homo currit vel homo eſt aſinus. Alia eſt impꝑfecta. que impꝑfectum ſenſuʒ generat in animo auditoris. vt homo. aſin⁹ Et hec nō eſt ꝓprie oratio Oratio aūt eſt genus reſpectu omniū cōplexorum. Unde orationū. alia enūciatio. alia queſtio. alia ꝓpoſitio ⁊c̄.

### ¶ Quid eſt enunciatio. queſtio. ꝓpoſitio. ṗmiſſa. concluſio

Enūciatio aūt queſtio. ꝓpoſitio et ꝯcluſio idē ſunt realiter. ⁊ pmiſſa. ſʒ differt rōe. Dicit̄ em̄ enūciatio cū abſolute ſumit̄ ⁊ ꝓnunciat̄. vt homo eſt albus. Queſtio qñ ꝑ modum interrogatōnis ab oppōnēte ꝓponitur. vt ſi homo eſt albus. Dicit̄ aūt ꝓpoſitio vt ſumitur ad aliq̄d concludendū. vt ſic. omīs homo eſt alb⁹ et ſortes eſt homo. igit̄ ſortes eſt alb⁹

Et ipa ꝓpoſitio inquantū aſſumitur ad inferendū cōcluſionē dr̄ ꝑmiſſa eē inquātum in ordine ſyllogiſtico ꝑcedit concluſionē. Dicit aūt concluſio inquantū ſyllogiſtice cōcludit ex premiſſis. ſicut habens colorem diſgregatiuū viſus eſt albus. hō eſt hmōi. igit hō eſt albus Et iſta ſunt eadē re enūciatio. queſtio. ⁊ ꝓpoſitio. ꝑmiſſa. concluſio. reſpectu quoꝝ oratio ē genus. tamen hec nomina eidem ꝯueniunt diuerſis reſpectibus

¶ Quid ē definitio ⁊ deſcriptō
Caplm̄. CCCXXVIII

Definitio aūt eſt oratio q̄d ē eſſe ſcans. id eſt indicans et dicens naturā rei. Hoc aūt pt fieri dupl'r. vno modo per eſſentialia rei. ⁊ ſic dat p genus ⁊ differentias proximas. ⁊ tunc habet ꝓprie rationem definitionis. Et ſic ſola ſpēs definitur. Alio modo datur p ꝓprietates accidentales. qꝛ eīn multa non habent differentias eſſentiales ſicut ens. In habentib; aūt nō ſunt nobis note. ideo circūloquimur eas. ⁊ p ꝓprietates accidentales declaram⁹ rei naturā. Et tunc nō habet rōnem definitōis ꝓprie. ſed vocatur deſcriptio Et ſic poteſt cōpetere omni rei de q̄ poteſt haberi aliqua cognitio. Quāuis aūt ſm phm definitio vocet terminus. ⁊ aliquo mō debeat dari ſine copula. vt p3. ij. poſterioꝝ. nihilominus. qꝛ datur ex genere ⁊ differentia quantum ad definitōnem ꝓprie dictam. vel ex aliquibus loco generis et differentie quantum ad deſcriptionem. ⁊ cum ſit etiam aliqualiter ptinens ad genus oratōnis. idcirco inter cōplexa vtrūq3 poſui. Et ita p3 oim̄ ꝑdictorum ſcantia ⁊ differentia. ſc3 orationis que genus eſt ad cetera ⁊ omnium ſuarum ſpecierum ſc3 enunciationis. queſtionis. ꝓpoſitōis premiſſe ⁊ concluſionis.

¶ Quid eſt argumentum. q̄t modis dr̄. ⁊ q̄ ſunt ſpēs ei⁹.
Caplm̄. CCCXXIX

Argumentū autē dr̄ ratio rei dubie faciens fidē ſm Boetiū in thopicis. Poteſt autē clarius definiri. quia argumentū eſt oratio ꝓbata alicui⁹ dubietatis Eſt āt argumētū ſpēs orōis ⁊ gen⁹ reſpectu ſyllogiſmi enthymematis inductionis ⁊ exēpli Omnib; āt iſtis modis pt aliq̄s argumētari ad ꝓpoſitū. Hic aūt videndū eſt quociens dicit argumentū. Et dōm eſt q᷑ trib; modis Uno eīn mō dr̄ ꝓceſſus rōnis a notis ad ignota. Et ſic accipit in dicta definitōne. ⁊ quia totus ꝓceſſus ſyllogiſticus habet virtutem ex medio in quo continetur virtualiter ipa tota concluſio breuiter ⁊ ſuccincte. inde tractū eſt nomen argumenti ad h̄ vt quedam breuis prelibatio future narrationis virtute eam cōtinens. ⁊ ſuccincte argumentū dicat. Et ſic in biblia ſepe accipit argumentū. maxime in epiſtolis Pauli. vbi ante epiſtolam poſt ꝓemiū ponitur ꝓbatio breuis q̄ dr̄ argumentū. ⁊ qꝛ per proceſſum rōnis virtute medij ⁊ virtute luminis naturalis fit manifeſtatō rei. Ideo ꝯtractū eſt nomen argumenti ad lumen manifeſtās. ſicut dr̄ aplus Eph. v. quia oīa q̄ arguuntur a lumine manifeſtant. Et ad iſtā manifeſtatōem maxime reprehenſiuam viciorum. ⁊ ſic dr̄ ad Thy. iiij. Argue obſecra increpa ⁊c̄.

¶ Quid eſt ſyllogiſmus. ⁊ quot ſunt ſpecies eius

Syllogiſm⁹ ē oratio in qua quibuſdam poſitis ⁊ conceſſis. ſc3 duabus ꝑmiſſis. neceſſe eſt aliud euenire ſc3 ꝯcluſionē per ea q̄ poſita ſunt ⁊ cōceſſa. Quāuis aūt in ſyllogiſmo

ſint tres orōnes. tū dꝛ vna oratio nō vnitate indiuiſibilitatis ſicut pūctꝰ. ſꝫ vnitate ꝑfectōis ⁊ ordinis ſicut et mundus. Syllogiſmoꝝ aūt tria ſtꝫ genera. qꝛ alius ē demōſtratiuꝰ ſicut ille qui procedit ex veris ⁊ neceſſarijs cauſis ꝯcluſionis. vt hic. omē aīal rationale eſt riſibile. oīs hō eſt aīal rōnale. igiꝛ oīs hō eſt riſibilis. ⁊ de iſto determinaꝛ in libro poſterioꝝ. Aliꝰ eſt dyalecticus vel thopicus ſiue ꝓbabilis. vt hic Comptus ē adulter. petrus eſt comptus. ẽ eſt adulter. Et de hoc agiꝛ in libro thopicoꝝ. Alius ſophiſticus ſiue elenchus. ⁊ iſte ꝓcedit ex apparentibꝫ tm̄ ſine exiſtentia. vt oīs canis eſt latrabilis. celeſte ſydus ē canis. igiꝛ celeſte ſidus eſt latrabile. ⁊ de hoc agiꝛ in libro elenchoꝝ

¶ Quid ē enthymema

Enthymema ē ſyllogiſmꝰ truncatus in q̄ inferꝛ feſtinata cōcluſio. Et dꝛ ab en qꝺ eſt in ⁊ thymos qꝺ ē mens. qꝛ opponēs in mēte retinet alterā ꝓmiſſaꝝ. vt hic. ſortes eſt hō. ẽ ē aīal. Hic eīn in mente retineꝛ maioꝛ ꝓpoſitio hec ſcꝫ. oīs hō ē aīal. qua poſita eſſet ꝑfectus ſyllogiſmus ſic. Omis hō ē aīal ſortes ē hō. igiꝛ ſortes eſt animal.

¶ Quid eſt inductio.

Inductio eſt ꝓgreſſus ab omnibus partibꝫ ſiml' ſumptis ſiue a ſingularibꝫ ſufficienter enumeratis ad vlē. vt hic ſortes currit. plato currit. ⁊ ſic de alijs. igiꝛ oīs hō currit

¶ Quid eſt exemplum.

Exemplū eſt ab vno ſiſi ad aliꝺ ſimile ꝓgreſſio. vt hic. in naue regenda nō ſorte ſꝫ arte rectoꝛ eligendus ē. ergo ⁊ in ſcholis regendis

## ¶ De nominibus ſecundaꝝ intentionū conuenientibꝫ conditionibus complexorum.

Capl'm. CCCC

SEcundo dicendū eſt de nominibꝫ ſecundaꝝ intentionū q̄ ꝯueniunt q̄buſdā ꝯditionibꝫ cōplexoꝝ q̄ ſunt q̄ttuoꝛ q̄ꝫtū ꝑtinet ad preſens. ſcꝫ dici per ſe. dici de omni. dici de nullo. ⁊ reduplicatio.

¶ Quō ꝑ dt habitudinē cauſe et cuiꝰ ⁊ ꝙ ſtꝫ q̄ttuoꝛ modi dicēdi ꝑ ſe

CIrca ꝑmū ſciendū ꝙ hec ꝓpoſitio per habitudinē cauſe deſignat ⁊ interdū etiā ſitū. ſicut exiſtēs ſolitarius dꝛ eē per ſe. Cauſe aūt habitudinē deſignat. Qñqꝫ q̄dē formalis. vt cū dicimꝰ ꝙ corpꝰ viuit ꝑ animam. Qñqꝫ aūt materialis. vt cū dicimus ꝙ homo eſt corruptibilis per corpus Quandoqꝫ autem ꝑcat habitudinē cauſe extrinſece ⁊ ꝓciſe efficientis. vt cū dicimus aqua caleſcit ꝑ ignē. Sicut aūt ꝓpoſitio ꝑ denominat habitudinē cauſe qñ aliq̄d eſt cā eius. qꝺ ē extrinſecus ⁊ attribuiꝛ ſubiecto. ita ꝙ qñ ſubiectū vel aliq̄d eius eſt cā qꝺ attribuiꝛ ſubiecto. ita qñqꝫ ſubiectū eius eſt cauſa qꝺ attribuitur ei. ⁊ hoc ꝑcat hoc qꝺ dico aliq̄d eſt cā ꝑ ſe. His ſuppoſitis patet quō accipiūꝛ quattuoꝛ modi dicendi ꝑ ſe. quos phus primo poſterioꝝ aſſignat. Primus eſt qñ illud qꝺ attribuiꝛ alteri eſt cā eius formalis. ⁊ hꝫ mō definitio ⁊ ꝑtes definitiōis eſſentialis dicuntur eſſentialr de definito ꝑmo mō dicendi ꝑ ſe. vt aīal ⁊ rōnale de hoīe. Scꝺus modus eſt ꝙ hec ꝓpoſitio ꝑ denotat habitudinē cauſe materialis ꝓut ſcꝫ illud cui aliq̄d attribuitur eſt ꝓpriū ſubiectū ip̄ius. et ſpēaliter accipiendo materiā in qua ſcꝫ. Et qꝛ ſubiectū poniꝛ in definitōe accidentis aliqñ in abſtracto. vt ſimitas eſt naſi curuitas. Aliqñ in ꝯcreto. vt ſimus eſt naſus curuus. Idcirco generaliter ſcꝺs modus dicendi ꝑ ſe eſt qñ ſubiectū poniꝛ in definit

tõe p̄dicati qđ eſt ꝓpriũ accñs eius. ⁊
ſic par ⁊ impar ꝑ ſe dicit̃ de numero
⁊ riſibile de hoie. Tertius modus ꝑ
ſe ē ꝓut ꝑ ſe ſcat ſolitariũ q̃d. vt cũ di
cimus ſortes ē per ſe. ⁊ iſte modus ſo
lũ ꝯuenit p̄mis ſubſtãtijs ⁊ ꝑtib⁹ ſi/
ue ſuppoſitis de gñe ſubſtantie. ⁊ iſte
modus ē magis modꝰ eſſendi q̃ȝ di/
cēdi Quartus modus dicēdi ꝑ ſe eſt
qñ hec p̄poſitio ꝑ deſignat habitudi
nē cauſe efficiētis. vt cũ dicimꝰ aqua
caleſcit ꝑ ignē. Et iſti modi dicēdi ꝑ
ſe. p̄mus. ſcđus ⁊ quartus ſunt q̃daȝ
ꝯditões eoꝝ q̄ ꝯtemplatõe dicũtur.
Tertiꝰ aũt ē magis modꝰ eſſendi q̃ȝ
dicēdi vt dictũ eſt

## ¶ Quid ē dici de omĩ ⁊ dici de nullo

Capl̃m. CCCCI

Dici de omĩ ē qñ nihil ē ſume/
re ſub ſubiecto de q̃ nõ dicat̃
p̄dicatũ. vt cũ đr om̃e aial eſt
ſubſtãtia. nihil em̃ p̄t ſummi ſub aia/
li de q̃ ſubſtãtia nõ dicat̃. Ecõuerſo ãt
dici de nullo. ē qñ nihil ē ſumere ſub
ſubiecto a q̃ nõ remoueat̃ p̄dicatũ. vt
cũ đr nullũ aial ē lapis. ibi em̃ nihil eſt
ſumere ſub aiali a q̃ nõ remoueat̃ pre
dicatũ qđ ē lapis

## ¶ De natura reduplicatõis

Capl̃m. CCCCII

Reduplicatio aũt ē q̃dã ꝯdi/
tio poſita in ꝓpoſitõe reddēs
cauſam q̃re p̄dicatũ inē ſub/
iecto Hec aũt hȝ fieri ꝑ hoc vocabu/
lũ ſm qđ. vel inquãtũ. vel ꝓut. vt cũ
đr hõ iquãtũ ē hõ. vel hõ ꝓut ē hõ. vł
hõ ſm qđ hõ ē rõnał. Et q̄ oẽs tales
reduplicatões eiuſdē nature ſt̃. id
circo de ꝯditõe reduplicatõis in gñe
in vna ſolũ exēplificãdo aliq̃d dicēdũ
eſt. Sciendũ ḡ ꝙ cũ hoc qđ dico ſm
qđ. vel queuis alia reduplicatõ redu
plicet illđ ꝑ qđ p̄dicatũ ineſt ſubiecto
⁊ ꝯuenit ſoli. opoꝛȝ ꝙ aliquo mõ illđ
qđ reduplicat̃ ſit idem ſubiecto. ⁊ aliq̃
mõ ſit idē p̄dicato. ſicut mediꝰ termi
nus i ſyllogiſmo affirmatiuo hȝ opa
tionē ad p̄dicatũ. ſicut ad illud qđ ſe
quit̃ ad ip̄m. ad ſubiectũ aũt cõꝑatur
ſic illđ qđ aliquo mõ in ſubiecto inclu
dit̃ Experimur aũt ꝙ in ſubiecto iſta
includunt̃. ſcȝ ſubſtãtia ſubiecti ⁊ acci
dētia ⁊ cauſe. et iõ ſm qđlibet iſtoꝛũ
p̄t fieri reduplicatio in ꝓpoſitõe. ſub/
ſtãtia aũt ſubiecti ē ⁊ ip̄m ſubiectũ ⁊
natura eius. ⁊ ſm qđlibet iſtoꝝ p̄t fie
ri reduplicatõ. vt ꝓbi grã. p̄ōt em̃ hoĩ
ꝑ reduplicationē p̄cedentiũ aliq̃d at
tribui rõne cauſaꝝ ⁊ p̄ncipioꝝ. et ſic
q̃ȝtũ ad cauſam materialē dicimꝰ ꝙ
hõ inquantũ ꝯpoſitus ex cõtrarijs ē
coꝛruptibilis. q̃ȝtũ ad cauſam foꝛma
lē ꝙ hõ inquãtũ hȝ aiam rõnalē ē ad
imaginem dei Quãtũ ad cauſam effi
cientē dicimꝰ ꝙ petrus inquãtũ filiꝰ
ſocratis ē eius heres Quãtũ ad fina
lē dicimus ꝙ hõ inquãtũ ē ad beati/
tudinē oꝛdinatus opꝛtet ꝙ ſit immoꝛ
talis q̃ȝtum ad aiam Si aũt attribu
itur hoĩ aliq̃d rõne accidētiũ. ſic di/
cimꝰ ꝙ hõ ſm qđ coloꝛatus ē viſibi/
lis. Si autē aliq̃d attribuit̃ hoĩ rõne
ſuppoſiti ſic dicimus ꝙ ſoꝛtes ſm qđ
ſoꝛtes ē indiuiduũ In hoc igit̃ termi
nat̃ tota ſcđa ꝑs libelli in q̄ dictũ ē de
ꝑtinētib⁹ ad p̄mas ⁊ ſcđas intētiões

# Incipit tertia et vltima ꝑs ſiue tractatus tertius In quo đr que et quõ nomina diuinis conueniant

Capl̃m. I

In hac tertia parte huius
operis ſm p̄miſſaȝ ſup̄ in/
tētionē dicēdũ ē q̄ noia ⁊
quõ diuinis ꝯueniaut. qđ
vt ꝯpēdioſe ⁊ i q̃buſdã gñalib⁹ regu
lis mõ q̃dã groſſo ⁊ figuralr̃ exequat̃
tali ē oꝛdine ꝓcedēdũ Cũ em̃ res nõ
noiemus niſi ſm qđ eas cognoſcimꝰ